This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

BIBLIOTHECA
COLLECTIONIS OPERUM DE ROMANORUM
TRANSNEBULANA

L
32
100.163

VEGETIUS

ARTE REI MILITARIS

[illegible]

[illegible]

[illegible]

L 32.100.163

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

FLAVI VEGETI RENATI

EPITOMA REI MILITARIS.

RECENSVIT

CAROLVS LANG.

EDITIO ALTERA.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXV.

L 32.100.163

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
46 + 2 C 2

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

OTTONI KELLER

S.

PRAEFATIO.

A. De Vegetio.

Flauium Vegetium Renatum christianum fuisse ex compluribus locis, quos apud ipsum legas (*p.* 4, 3. 38, 19 *sq.* 73, 16. 152, 17, 18. 159, 11), *satis elucet. Eundem ex occidentali imperii Romani parte oriundum fuisse ibique vixisse, cum dicendi ratione, qua usus est, totiusque libelli condicione probari uideatur*[1]), *tum inde facile colligas, quod et rei militaris Romanae ruinam* (I 20) *ad Gratiani potissimum tempora refert et Vrcillianorum* (*siue Vrcelianorum*), *gentis Africae admodum ignotae, mentionem facit* (*p.* 115, 5). *Contra militarisne Vegetius homo fuerit, valde est quod dubitemus*[2]); *nam 'illustris uiri comitis' digni-*

---

1) *Cf. Fabricii bibl. lat. ed. Ernesti III p.* 173; *Schwebel.* (1767) *praef. p.* 4. *Seeck Herm. XI p.* 63. *Comitem Constantinopolitanum Nostrum diserte dicunt Harleianus* 2551 (*XIV. s.*) *Vat.* 2193 (*XIV. s.*) *Vat.* 4494 (*XIV. s.*). *In recentioribus aliquot codicibus comes 'Etylius' uel 'Etilius' uel 'Etolius' uel 'Atilius' Vegetius nominatur* (*cf. Vat. Reg.* 1512 (*XIV. saec.*), *Casanatens.* (*Rom.*) *CIV* 17 *Neapolitan. VA* 19 *unumque ex Bodleianis* (*b. canonic. Nr.* 274, *XV. saec.*)). *Illud uero 'Etylii' ex male lecto V. C. ET ILL.* (*i. e. uiri comitis et illustris*) — *id quod Librianus codex* 1028 (*uide infra*) *XI.* (*immo XII.*) *saec. in operis indice praebet — quin natum sit, non dubito.*

2) *Cf. Turpinii „commentaires sur les institutions militaires de Végèce* (*Montargis* 1779)" *tom. I p.* 123: *„Végèce n'était point militaire" etc., tom. III p.* 45: *„Végèce, souvent minutieux, écrivant sur l'art de la guerre sans avoir jamais vu un camp" etc. Contra principem de Ligne a.* 1805 *Maximilianus Jähns, vir rei militaris eiusque historiae nunc facile omnium peritissimus, hunc in modum de nostro libello iudicasse mecum benignissime communicauit: „C'est un livre d'or . . . Un dieu, dit Végèce, inspira la légion; et moi je trouve qu'un dieu inspira Végèce" etc. Quanta autem auctoritate Veg. praecepta militaria cum per totum medium aeuum tum saeculo sexto decimo floruerint, inter omnes constat.*

tatem, quam ad unum omnes nostri libelli codices auctori attribuunt, uide ne ipso hoc libro edito ille sit adsecutus[1]). *De nomine autem illud est monendum,* '*Vegeti*' *formam, quae passim in optimis codicibus adstipulante antiquissimo* (*VII. saeculi*) *excerpto Vaticano* (*Vat. Reg.* 2077; *cf. Mommsen Hermes I.* (*a.* 1866) *p.* 130—133) *nullam, unice ueram* '*Vegeti*' *esse; haec enim sola ut in epigraphicis monumentis reperitur* (*Grut.* 817. *Murat.* 1762), *ita in ipsa operis inscriptione ab omnibus codicibus antiquis agnoscitur; deinde, ut* '*Vegatium*' *prorsus respuamus, amplectamur* '*Vegetium*', *deriuandorum propriorum nominum ratio*[2]) *maximopere suadet; locupletissimus uero testis est Prisciani locus* (*Inst. lib. III,* 21, *p.* 97. *Hertz; cf. p.* 24, 16 *nostrae Vegetii editionis*), *ubi quas codices praebent lectiones* '*uegitius, uegitus, uegetus, uigitus*'[3]) *ei formae, quam quidem unam probauimus, mirum quantum fauere negari nequit.*

Iam uero quaeritur, cuinam imperatori (*cf.* 34, 1—4; 65, 15, 16; 129, 10; 150, 4) *Noster operis sui primum librum obtulerit eiusdemque iussu conscripserit reliquos. Ac sunt quidem certi fines, intra quos coniectantibus nobis licet uagari; neque enim ante a.* 384 *p. Chr. n. Vegetius epitomam suam rei militaris composuit* (*cf. p.* 22, 3 '*diuo Gratiano*' († 383)) *et ante a.* 450 *Vegetii opus peruulgatum fuit* (*cf. subscriptionem, quam ad quarti libri calcem* ε *codicum genus exhibet* '*Fl. Eutropius emendaui sine exemplario Constantinopolim consul. Valentiniano Augusto VII. et Auieno*'[4]) (*codd.* '*Abieni*' *et* '*Abieno*')); *qui est annus* 450). *Fuerunt*

---

1) *cf. Seeck l. l. p.* 62.

2) *Vt flauus — Flauius, nouus — Nouius, septimus — Septimius, ita uegetus — Vegetius.*

3) *rh, manus alterae codicum RH, praebent* '*Vegetius*'; *illam* (*r*) *ad IX. saec. pertinere opinatur Keil praef. p. X.*

4) *De qua subscr. uide Ottonem Iahnium act. soc. Sax. a.* 1851 *p.* 344 *et Fr. Haasium* '*de latinorum codicum manuscr. subscriptionibus commentat.*' (*ind. lect. Vratislau. hibernarum anni* 1860).

autem intra hos sexaginta sex annos imperatores Valentinianus II. († 392), *Theodosius I.* († 395), *Honorius et Arcadius, Theodosius II.* (408—450) *et Valentinianus III.* (425—455). *At enim duo codices (IIV) iique satis bonae fidei 'ad theodosium imperatorem', nimirum Th. I. intellegentes, inscriptioni libelli adiciunt alibique* (*D quoque*) *agnoscunt. Sed, quin interpolatoris additamentum illud sit, nemo dubitabit, qui, quam infra accuratius aperiemus, naturam illorum codicum probe perpenderit; accedit, quod, cur illud imperatoris nomen, si genuinum fuisset, ab ε cod. genere in tradendis rubris illo quidem sollicitissimo non fuerit cupidissime arreptum, uix potest intellegi. Verumtamen rectissime istum coniecisse olim sumus arbitrati; certe praedicationes quaedam, quales in libello nostro leguntur* — continuis uictoriis ac triumphis *p.* 33, 2, 3, domitori omnium gentium barbararum *p.* 33, 11, tanti imperatoris *ibid.* 13, huius felicitatis *p.* 52, 14, cunctos imperatores felicitate[1]) — praecedis *p.* 128, 18 *sq.*, regni animique tui bona cernimus — quantum uel humana mens petere uel gratia potuit diuina conferre *p.* 129, 1 *sq.*, imperator inuicte *p.* 5, 7. 29, 3. 33, 4. 64, 16. 124, 15. 150, 4 (*cf. etiam* 52, 7) — *quamquam ex aetatis illius more in quemuis alium imperatorem pertinere possunt, tamen in Theodosium I. potissimum cadere uidentur. Sunt etiam quaedam uerba, quae directo huius imperatoris indolem ac facta adumbrare putaueris; in eis enim, quae p.* 128, 15 *sq. habes,* Ab illis — uel paucae uel singulae, a pietate tua innumerabiles urbes ita iugi labore perfectae sunt, ut non tam humana manu conditae quam diuino nutu uideantur natae, *quam-*

---

1) Moderatione castimonia exemplis indulgentiae, studiorum amore, *quas uirtutes, licet re uera magis in Valentinianum II. quadrent, Theodosio quoque, ut Pacatum panegyricum omittam, uindicat Sexti Aurel. Victor. Epit. c.* 48. *Si quem talia delectant, conferat Latin. Pac.* 11, 4 ('*Gothus — Hunnus — Alanus*') *et c.* 32, 4 ('*Gothus ille et Hunnus et Alanus*') *cum Nostri p.* 22, 1; *Latinus Theodosium constanter appellat imperatorem aut imperatorem Augustum* (*cf. Nostri p.* 37, 21).

uis redoleant adulatorem, quamuis sequenti libro, qui est poliorceticus, quasi praeludant, tamen credideris aliquid certi uerique contineri. Eam autem laudem nulli illorum imperatorum uindicari posse arbitreris, nisi Theodosio I., cuius praefectus Cynegius uniuersas prouincias longi temporis labe deceptas ad pristinum statum reuocauit[1]).

Hi quoque nostri libelli loci ad definiendam videntur valere Vegetii aetatem: p. 22, 8—11 *et* 150, 7, 8. *Quorum quidem in priore Romam per Gothos deletam Vegetium non omissurum fuisse, si post a.* 410 *scripsisset, quis est quin facile adducatur? Ex altero autem locorum, quos diximus* (quia iam dudum pacato mari cum barbaris nationibus agitur terrestre certamen), *cum Marcellini chronico sub anno* 400, *quo pugna navalis facta memoratur, comparato ante a.* 400 *Vegetii libellum scriptum effici si quis contenderit, Marcellini auctoritatem faciendam esse minimi haud iniuria opponamus. Igitur ad tempus quod fuit intra annos* 384 *et* 395 *nostrum libellum referendum Theodosioque Magno oblatum vel eo iubente confectum esse olim sumus suspicati. Atque* χθιζά τε καὶ πρώιζα, *cum Chr. F. Baehrius, vir et doctissimus et humanissimus, cui priorem Vegetii editionem, quippe quam paranti mihi ille summam nauauisset operam, toto ex animo despondissemus, tertio anno postquam illam editionem publici iuris feceram, in bibliotheca Heidelbergensi mihi obuiam factus 'Heus tu', inquit, 'quam recte de Vegetii aetate iudicasti!' Simulque Iordani de Romae urbis antiquae topographia libri, cuius alterum volumen eo ipso tempore prelo exierat, locum laudauit, quo vir praeclarissimus et doctrina quam maxime instructus Theodosium Magnum Vegetii, si ita dicere licet, imperatorem fuisse pro certo iam constare censet*[2]). *Atqui hodie multo secus sentio; quod ut*

---

1) *cf. Descriptionem consulum sub anno* 388. *Vide etiam Richteri „das weström. Reich" p.* 509: *'Theodosius that wenigstens das Mögliche um die Städte noch sichrer zu befestigen', et Haenel corp. leg. anteiust. p.* 229 *et* 233. *At Seeck l. l. p.* 70 *illum Descript. locum prorsus aliter interpretatur.*

2) *L. l. II* 154/5.

accideret, Seeckii, quae 'de Vegetii aetate' in Hermae tomo XI (a. 1876) *p.* 61—83 *extat typis exscripta, subtilissima illa disceptatione commissum est, qua vir doctissimus et ingeniosissimus luculentis maximam partem, ut mihi videntur, argumentis demonstrauit, imperatorem, de quo quaeritur, non fuisse Theodosium Magnum, sed Valentinianum tertium; id quod iam Gibbo (history of the decline etc. V* 190), *Richter („Das weström. Reich" p.* 66), *Wietersheim (Geschichte der Völkerwanderung IV p.* 164) *statuerant*[1]). *Ecce autem Seeckianae argumentationis summa: Primum princeps, de quo est quaestio, Occidenti imperitabat; idem admodum iuuenis erat (III* 26 *epil.); idem* innumerabiles urbes perfecit *(IV prol.) classemque in Danubio habuit (IV fin.); quae quidem omnia in Val. III optime cadere tam accurate quam fuse demonstrat. Deinde Theodosius in Italia tres tantum annos* (388—391) *uersatus est, quattuor tantum menses suo nomine regnauit; in eodem* currendi uelocitas *(III epil.) a Vegetio nisi ludificante aut cavillante laudari non poterat. Denique quod I* 20 *Romae a.* 410 *per Gothos deletae mentio non fit, id propterea haud ita magni momenti habendum est, quia in tanta rerum violenter gestarum, quantam, quae illis fuit temporibus, orbis terrarum quasi euersio habuit, cuiusuis calamitatis vel maxime insignis breui exstinguitur memoria.*

Scripsit autem Vegetius epitomam[2]) *rei militaris. Qui*

---

1) *Ad hoc usque tempus Valentiniani nomen in ipsis antiquis codicibus inscriptioni adiectum extare opinio fuit. At ante tertium decimum saeculum (cf. Bandin. IV* 175) *illud additamentum in codicibus repperi nullum. Mirum est quod in catalogo manuscriptorum a Librio surreptorum legitur p.* 230: *'Perhaps the work was successively dedicated to both those emperors (Theodos. I and Valentin. II.)'. (!) Morgagnum autem epistula Aemiliana VI c.* 7 *argumentis non leuibus allatis Vegetium Val. III: aut Theodosio opus suum dedicasse demonstrare Mucciolo in catalogo bibl. patrum Minorum Caesenae nota marginali ad pl.* 19 *Cod.* 5 *monet.*

2) *'Quod putat Barthius XXVII Aduers. et alibi Epitomen tantum librorum Vegetii atque adeo Epitomen Epitomes hodie superesse, minus uerisimile uidetur. Et nescio quomodo*

index ab ipsone Vegetio sit profectus, merito potest dubitari; nam, id quod iam supra indicauimus, eorum, quos nunc quattuor libros habemus, primus, 'libellus de dilectu atque exercitatione tironum' (*p.* 33, 1), *ultro oblatus est a Vegetio imperatori suo, post aliquod demum tempus* (dudum *p.* 33, 2) *reliqui iussu eiusdem compositi sunt. Hinc etiam fusiorem illam* (*p.* 29) *libri primi subscriptionem codicum εDP nec non libri secundi praescriptionem codicum εD pendere opinor. Vtut est, consentiunt optimi libri manuscripti in inscriptione* epitoma rei militaris, *et, ut hoc addamus, in quattuor non quinque*[1]) *libris. Hanc in rem qui accuratius inquirere uolent, ad eorum usum singulorum a nobis adhibitorum codicum indices operis hic subiciemus.*

A: Flaui Vegeti Renati Viri Inlustri(s) (*per abbreu.*) Comiti(s) Epithoma Rei Militaris liber IIII Incipiunt Feliciter.

M: Flauii Vegeti Renati Viri inlustri(s) (*abbr. ut in A*) Comiti(s) Epithoma Rei Militaris liber Ñ(ϒ) (i. e. numero) IIII Incipit Feliciter.

G: Flauii Vegeti Renati Uiri Inlustri(s). Comiti (*sed haec uox postea erasa est*) epithoma Rei Militaris Libri Nuñri (—⁰2) IIII.

Q: Flauii Vegeti Renati Vir̄ Inlus̄ts (*sa* 2 *add.*) Epithoma Rei Militaris Lib̄ Nuñ IIII. Incipiunt Feliciter.

L: inscriptio et lib. I. desunt.

---

ille uir doctissimus nimis acutus erat in olfaciendis usquequaque Epitomis.' Fabric. l. l.

1) *Antiquissimus eorum codicum, qui diserte quinque libros agnoscunt, est unus ex Laurentianis partim ad XIII. partim ad XIV. saeculum pertinens* (*cf. Bandin. III* 407); *ceterum etiam posthac rarius accidit, ut Vegetius in quinque libros discriberetur. In libris typis excussis Scriuerii primi editiones quinque exhibent libros. Errasse autem uirum doctissimum non solum codicum auctoritas sed etiam elenchus librorum probat; cf. etiam Casaubonum ad finem Polybii poliorcetici, qui ipse quoque bello nauali enarrationem poliorcetico suo libro subnexuerat.*

II: Flauii uegeti renati uiri illustris comitis sacrum[1]) epitoma rei militaris libri quattuor ad theodosium imprem. Item periochae uniuscuiusque libri.

V: Incipit Liber Flauii Uegetii Renati Uiri Illustris Epytoma Institutorum Rei Militaris Ad Theodosium Imperatorem Feliciter.

D: In Nom̃ Dĩ Sũmi Incipiunt Libri IIII^or^ Flauii Vegeti Renati Viri Illustris Epitoma Institutorum Rei Militaris.

P: Flauii Vegetii Illustris Viri Epithoma Rei Militaris Libri Numero IIII^or^ Incipiunt Feliciter.

Adicio E (*exc. Vat. Reg.* 2077) (*omnia haec uncialibus litteris sunt exarata*): Ex libro quarto Publi(!)[2]) Vegati Renati de re militari in titulo XXXVIIII (*immo* XXXVIII) post praecepta belli naualis quae incipiunt a titulo supra scripti libri XXXI inter cetera et ad locum.

Epitomam autem nostrum librum esse nemo est qui neget. Quod nisi totus liber clamaret, eo sciremus, quod auctor ipse non solum aliorum 'quae dispersa' sint 'in ordinem epitomata' se conscribere profitetur (*p.* 13, 11; *cf. etiam* 5, 3 *sq.*; 33, 7, 8; 64, 15 *sq.*) *sed etiam auctores aliquos nominat, quos in usum suum conuerterit; sunt autem hi: Cato Maior, Corn. Celsus, Frontinus, Paternus; accedunt Augusti, Traiani Hadrianique constitutiones; coniectando* (*cf. V. L.* 13, 6) *addidit Lange Hyginum. Atque a Catone repetenda Veg. lib. I c.* 9—14, 20—27, *II* 1. 2. 4. 15. *III* 14. 15. 16. 17. 19. 20 *censuit Köchly* ('*Griechische Kriegsschriftsteller' II p.* 64); *equidem adiecerim quaedam ex III* 22, *ubi* ut nesciant (*p.* 112, 8) *et* uidere quem ad modum — abscedebant *priscum olent scrip-*

---

1) *i. e. sacrarum cf. Boecking Not. dign. p.* 330. *Librarium fugisse uidetur 'comitem' uocabulum optime absolute dici eoque dignitatis inprimis militaris gradum non officium significari. 'Comitis sacrum' codicis Vatic.* 4497 (*XIV. saec.*) *quoque index exhibet.*

2) *Publii Vegetii mulomedicina fertur.*

torem. Paterni autem M. Schanzio, qui idem Aug., Tr. Hadrianique constitutiones apud Paternum inuenisse Vegetium suspicatur (*cf. Herm. XVI p.* 136—146 '*Zu den Quellen des Vegetius*'), *hi loci uidentur esse: I* 27. *II* 6. 19 (*inde a uerbis* quando quis (*p.* 53, 13)). 20; *contra Dirksen* ('*Hinterlassene Schriften*' *II* 428) *tantummodo nucleum capitum* 7—12 *l. II concedit esse Paternianum. Ceterum quin Vegetio hi scriptores ipsi non fuerint praesto, vix dubitaueris; quod quidem ut alii ex tota opusculi Vegetiani indole collegerunt, argumentandi ratione ipsa partim prorsus abiecta partim haud ita prospere inita, ita mihi quidem p.* 13, 3—11 *Vegetius ipse uidetur tam sincere fateri quam qui maxime, ex aliis scriptoribus deductos esse riuos illos Catonianos etc., quibus hortulos suos irrigauit. Conferas enim uelim apprime* euolutis auctoribus *et* horum, quos suppra rettuli, quae dispersa sunt (*l. l.*) *cum p.* 5, 3, 4 *et p.* 65, 15: *iam intelleges* diuersos auctores librosque *et* historicos uel armorum disciplinam docentes — *eosdem scilicet quos a se* euolutos *p.* 13, 4 *dicit — non esse ipsos quos nuncupauit, sed* apud *eos* dispersa et inuoluta celari *illa* antiqua, *quae* (*p.* 33, 6) *imperatorem suum* ex libris *desiderare memorat, dico Catoniana, Celsiana, Frontiniana, Paterniana, Augusti Traiani Hadrianique constitutiones. Quae cum ita sint, caue cum Hermanno Brunckio*[1]) *dicis tantum causa, quo magis legentes incitarentur, praeclaros illos rei militaris auctores a Vegetio commemoratos esse opineris. At quod tanto hiatu, quanto l. l. et p.* 37, 16, 17 *quam*[2]) *fidelissime horum praecepta se* '*signaturum*' *profitetur, minime digna tulit promissor, id uide ne totum pendeat ab eius mediocritate ingenii et rei militaris imperitia; neque enim est, quod praestigiatorem fuisse Vegetium nobis persuadeamus. Qua de Vegetii tarditate ingenii hoc*

---

1) '*Quaestiones Vegetianae. I. Quaeritur num Fl. Veg. R. Catonis Celsi Frontini Paterni libros de re milit. in usum suum conuerterit.*' *Dissertatio inauguralis Lipsiensis. Helmstad.* 1875.

2) in quantum ualeo *p.* 37, 16.

tempore duo uiri doctissimi, qui eximiam nostro scriptori operam nauarunt, quorum maximo opere ambigas uter sit ingeniosior ac sagacior, mirum quantum inter se dissentiunt. Nam A. Gemoll[1]) *neminem negare posse iudicat Vegetium quae scripserit commode disposuisse; contra J. G. Förster*[2]) *non mediocris illum fatuitatis asseuerat fuisse, qui quae scriberet ipse parum intellegeret nec par esset digerendis rebus in eum quem sibi proposuisset ordinem. Nobis quidem uterque extra modum prodire uidetur; neque enim prorsus omnia apud Vegetium commode esse disposita, ut secundum librum non uno illum nomine obscurum omittam, hi loci testimonio sunt: p.* 74, 14; *p.* 104, 4; *p.* 16, 18, *quamquam* dupli — pugnaret *enuntiatum nescio an librarii incuria ex c. XI fine ad c. XII finem delatum recte existimes*[3]); *p.* 97, 6; *et plurima tolerabilem in ordinem dixeris digesta, dum et rubricarum traditarum quasi gubernaculum abicias* (*cf. II* 18) *et hic illic uel leui correctione quae librariorum neglegentia confusa sunt ad sanam audeas redigere condicionem, ut p.* 49, 16 *sq. interpunctione mutata sic nobis locum constituisse uidemur, ut capitum* 15—18 *l. II argumentum unum idemque appareat, nisi forte Vegetium, quod quibus quique milites armis fuissent instructi adiecerit idque maximam partem secundariis, quae dicunt, enuntiatis, a consilio, quod sibi proposuisset, ut, qualiter instruenda esset acies, declararet unius legionis exemplo, aberrasse et declinasse iudicamus*[4]). *Illud quoque est quod moneamus, prologos a Vegetio utique elegantius esse compositos quam ut praecinente Foerstero humana mente eum prorsus destitutum fuisse clamitemus. Verum enim uero hoc*

---

1) *„Exercitationes Vegetianae.“ Hermes VI* (1871) p. 113—118.

2) *„De fide Flauii Vegetii Renati“. Diss. inaug. Bonnensis. Bonnae* 1879.

3) *In Rhabani Mauri, quod „de procinctu Romanae Militiae“ inscribitur, ex Vegetio excerpto* (*cf. p. XXVIIII*) *ultima c. XI uerba ultimis c. XII excipiuntur.*

4) *cf. Förster. l. l. p. 25.*

est maxime conquerendum, quod Vegetius cum rei militaris non satis peritus tum historiae mutationum, quas res militaris ab antiquissimis usque ad ipsius tempora subiit, plane ignarus instituta rei militaris sic docet, ut, ad quae quaeque tempora sint referenda, prorsus in medio relinquatur; quo quidem uitio quod secundus, qui est de antiqua ordinatione, liber maxime uapulat[1]*, illud nolim obliviscaris, Vegetium ipsum cum eum conscriberet se metuere significasse, ne* „impolitior aut obscurior" (*p.* 38, 7) *uideretur.*

Haec hactenus de Vegetio eiusque ingenio. Quibuscum apte cohaerent quae pauca cum de eius epitomae quattuor librorum elencho tum de capitum, per quae ea diuisa est, rubricis addenda uidentur. Elenchum quidem librorum aeque ac rubricas uncis inclusimus olim, nunc uela contraximus. Nam elenchum ab eodem qui indicem totius libri confecit profectum esse haud difficile finxeris; quod utrumque in Vegetium ipsum cadere potest, siquidem postquam singulos libros diuersis temporibus imperatori suo miserit, collectos eos coniunctosque publici iuris fecisse putaueris; etsi hac de re uix quidquam pro certo definias. Contra rubricas, quae quidem traditae sint, aut cunctas aut plerasque Vegetio deberi, nisi palmarem illum, quem Förster epitomatori nostro opprobrio dat, cordis praetexueris stuporem, uix fieri potest ut cuiquam probes, nedum luculentis argumentis declares[2]*. Nam, ut silentio praetereamus l. I c.* 28 *et l. II c.* 18 *rubricas, quas ut omnium absurdissimas a nobis*

---

1) *Förster l. l. p.* 2 *etiam neglegentiae et incuriae tantae uix ut credi possit Vegetium arguit; quod item ultra ueri normam uidetur homo acutissimus extendisse; certe quae exempla affert, ea haud ita grauia arbitreris. Nam re uera III* 8 *tres modi castra muniendi enumerantur, quorum duo* (*aut enim caespitibus aut fossa et aggere c. muniri eo loco disceptat Veg.*) *ad* leuem occupationem, *tertius ad* statiua castra *pertinet. In loco autem παραλλήλῳ quem habes II* 23, *a* deinde (26, 13) *haud sane subtiliter et eleganter altera unius munitionis descriptio incipit; sed recte R. M. suasit ut* „triplexque" (26, 9) *stirparetur.*

2) *Cf. Francogallicae uersionis quae ed. a.* 1767 *Schweb.*

rectissime uncis esse inclusas ne Försterum quidem infitiaturum speramus, ceterarum multae aut nonnisi ad aliquam solam neque eam grauissimam orationis partem spectant (*ut I* 8. *II* 16. 17. 19. *III* 10; *de III* 14 (*p.* 97, 6) *uide supra; IV* 19) *aut ab ipsa oratione prorsus discrepant hac illa tantum uoce ex ea arrepta — exempli causa affero III* 12; *IV* 31 (*quam rubricam ad totum, qui fuit olim, quintum librum pertinere nemo non uidet*); *IV* 46 — *aut ob salebrosam eandemque a Vegetio alienam dicendi rationem dignae sunt quae inducantur* (*cf. I* 11; 13 („uel" *enim in* „ac" *commutasse nunc paenitet*); *II* 3. 12. 20 ('debent'). 24. *III* 3 ('uel'); 7 ('quae maiora sunt'); 15 ('uel'); *IV* 4 („noceantur"); 11; 12; 43 ('siue'). *Quid multa? rubricae ex lemmatis marginalibus, qualia sescenta in ueteribus codicibus orationi adlita deprehendas, originem quin traxerint, mihi haudquaquam dubium est. At enim primum quidem librum* per quosdam gradus et titulos *ipse Vegetius se scripsisse testatur* (*p.* 5. 6). *At referenda illa uidentur ad* Rerum ordo deposcit *etc.* (*c.* 2), Sequitur *etc.* (*c.* 3 *et* 7), Nunc — exploremus (*c.* 4), Signatis itaque tironibus per cotidiana exercitia armorum est demonstranda doctrina (*c.* 8; *p.* 12, 17, 18; *huc usque de dilectu tironum egerat Vegetius, iam alteram partem, quae ad exercitationem tironum spectat, ingreditur*), Locus exigit, ut *etc.* (*c.* 20), „Castrorum quoque" *etc.* (*c.* 21 — *c.* 25 *incl.*); *ipso uero illo asyndeto, quod habes in initio c.* 26 *novus* titulus *indicatur, quo enarratio de tironum exerc. ad finem deducitur* (*c.* 26. 27); *c.* 28 *est epilogus. Tamen haud infitias ibo fuisse, cum initii l. III. c.* 19, *quod uulgo et in eis codicibus, quos littera* π *insigniuimus, ab* exceptis *etc.* (*p.* 104, 4) *orditur, condicionem et naturam documento esse*

---

adiecta est praefationis p. XII: Végèce latin contient cent vingt-cinq chapitres, mais la plupart mal intitulés et si courts qu'ils n'en méritent pas le nom. Item R. M., homo ingeniosissimus, p. 56 *eius libri, quo* (*a.* 1800) *Veg. germanice uertit: „Die Ueberschrift, inquit, dieses Kapitels* (*I* 28) *ist lächerlich und rührt wie alle Ueberschriften der Kapitel von Abschreibern her."*

putarem a Vegetio rubricas esse repetendas, quippe tunc Försteri disputatione tertio quoque uerbo Vegetium increpantis cum maxime imbutus ratusque orationem ipsi rubricae quamuis inaudito vinculo applicatam non ita prorsus auctoris fatuitatem dedecere. Sed hanc opinionem, in Vegetium ne iniustus sim, hodie me respuere atque auersari, ex eis, quae modo disseruimus, facile perspexeris. Codd. ε *uero illius loci lectio, in quibus* exceptis — amittit *uerba ipsius rubricae pars apparent, ipsa quoque quin sit reicienda, vix quisquam dubitauerit; quae enim deinceps secuntur* Nam in itineribus *etc. adeo congruunt cum famoso illo enuntiato voculaque* nam *ab extremo c.* 18 *abhorret adeo, ut locum olim hunc in modum constituisse:* [Exc. — amittit]. Nam *etc. nunc paeniteat, ne dicam pudeat. Quibus de causis quam grauiorem medelam intricatissimo loco adhibuimus, eam speramus uiris doctis probatum iri*[1]). *Quamuis igitur rubricas traditas a Vegetio alienas et ad posteriorem scriptorem sexti fere saeculi — nam in eo iam codice, ex quo fragmentum Vaticanum VII. saec. excerptum est, rubricae adscriptae fuere — referendas esse censeamus, tamen in margine illas minusculis litteris adponendas si curassemus, ad eorum qui legent usum librum nostrum existimauimus fore eo accomodatiorem.*

II. De codicibus Vegetii.

A. De codicum generibus affinitatibusque.

Sequitur, ut de codicum generibus affinitatibusque disputemus. Qui cum adeo multi extent, ut, quantum mihi quidem eruere licuit, centum quadraginta excedant numerum, ita rem institui, ut eorum codicum, qui post duodecimum saeculum exarati sunt, nullam fere habendam rationem censuerim. Ceterorum autem, quos quidem pro uirili

---

1) iam *voculam enuntiati* Nam in A. iam fatigatis *etc. non ad* fatigatis *pertinere vix est quod moneam.*

parte omnes[1]) *respeximus, duo sunt genera, unum mutilum ac perquam neglegenter scriptum* (ε), *alterum plenius et correctius* (π' *uel* π); *sunt autem illius quasi primaria nota duo hiatus: p.* 154, 3—8 *et* 165, 4—8. *Huc accedit, ut in prioris generis codicibus subscriptio illa Eutropiana*[2]), *quam supra protulimus, adsit, contra in altero nil tale compareat. Vnde ne quis ea, quibus* ε *ab* π *discrepet, ad Eutropium emendatorem colligat esse referenda, id potissimum impedimento est, quod, ut insiticia* (*e. g. totum caput* 26 *l. III nomino*) *omittam, in ipso uerborum contextu in adeo multis consentiunt uitiis, ut ex uno eodemque archetypo eoque iam deprauato* ε *et* π *non fluxisse non possint*[3]). *Sequitur, ut etiam* π *genus ad Eutropii librum reuocetur, sed ita, ut per neglegentiam subscriptionem illam in archetypo huius classis omissam statuamus. Iam uero cum uix sit credibile, ab Eutropio, quem rubricas quoque confecisse negauerim, multos illos errores esse intrusos, archetypum omnium codicum superstitum ad sextum fere saeculum promouendum censeo.*

Pergentes ad archetyporum utriusque generis naturam et condicionem edisserendam incipiemus ab eo, quem ε *nota indicauimus. Cuius uitia — et sunt quidem plurima — a neglegentia incuriaque et inscitia eius, a quo est exaratus, pleraque pendere satis est manifestum. Huc pertinent quattuor potissimum erratorum species:* 1) *quod ex aetatis inferioris indole* α) *singulas litteras* (o *et* u, i *et* e, c *et* r, p *et* f, ex *uel* x *et* s, x *et* f (*p.* 158, 3)) *confundit,* β) n *litteram alienis locis intrudit aut abicit* (*cf.* uincere —

1) *Excipias Montepessulanum Nr.* 133 *XII saec.* 'incomplet et en mauvais état'. *A* 21 (*Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements I* 334) *et Neapolitanum s. XII ineuntis uel XI desinentis* (*teste Fornario*).

2) *In Bernensi et cod. Q casu excidit.*

3) *Idem A. Gemoll sentit, qui ei dissertationi, quam „de cooptatione sacerdotum Romanorum" a.* 1870 *scripsit, inter ceteras hanc quoque thesin adiecit: „codices epitomae r. m. Vegetii ex uno fonte eoque multis interpolationibus deprauato fluxisse".*

uicere; angariis — agrariis), m *litteram finalem, proute libet, addit et omittit*; 2) *quod litterarum similitudine fallitur* (i — c, t — c, r — s, d — ti, m — nc *etc.*) *uel sigla non comprehendit* (*cf.* diei *et* die — dei — dĩ, istae — istae — instructae). 3) *quod omittit* α) *saepissime singulas litteras uel* β) *singulas syllabas* (*cf.* hortem *uel* hostem — cohortem, firmiores — infirmiores, in africam — intra africam, turio — centurio *etc.; similiter* prolixa — prolixiora); γ) *frequenter singula uel plura uocabula* (*cf.* [altissimae] latissimaeque, [iterum] iterumque, [aut ineptum uideatur] aut longum): δ) *saepenumero tota commata* (*cf. praeter ea, quae supra commemorauimus, p.* 43, 3, *p.* 120, 11).

Rariora sunt ea errata, ad quae aut mendo leui eius codicis, unde descripsit suum, aut male legendo librarius delatus est (*cf. p.* 6, 3 seuire (*i. e.* saeuire) in desides uindicando — seuire in desides uindicare — seuere in desides uindicare; *p.* 13, 14 ęde *i. e.* aede — ade — AcIe — acie, *p.* 94, 6 sumptu escę — sumptu esca — sumpta esca. 96, 11: capias — captis — captes *etc.*). *Emblemata quoque partim interlinearia partim marginalia quaedam quamuis pauca in ipsum uerborum ordinem inseruit, ut loc. Vergil. p.* 111, 22 *uel p.* 77, 9 insidiatores in alio loco inpulsant transuersos frequenter incursa (*i. e.* incursant), *ubi* in alio loco inpulsant *quin glossema ad uocem pertinens* incursant *sit, uix dubium est: simili modo natum uidetur* explicitos uelites *p.* 101, 15; *cf. etiam* 35, 12. 100, 9. 152, 4. *Praeterea* ὁμοιοτέλευτα *quaedam* (*cf.* 79, 12) *multaque alia uitia inrepserunt, quae ad neglegentiam solum librarii redire haud difficile est intellectu. Rarissime suo Marte ille correxit; exemplum affero p.* 37, 2, *ubi* ut (*trita confusione pro* et *traditum*) *omisit.*

Huius classis primarii testes sunt Parisinus 7230 *saeculi decimi ineuntis* (— *sec. catalogum s. noni* —) *nobis A Bernensis* 208 *Parisinusque* 6503 *inter se ad uerbum ere consentientes, quibuscum etsi artissime cohaeret Monacensis* 6368 *eiusdem aetatis nobis M, tamen non ex eodem*

libro descriptus est. Secundarii testes sunt ab una parte Guelpherbytanus Gudianus 84 *saeculi X. exeuntis uel undecimi nobis G — quem Schwebelius adhibuit — et Parisinus* 7230 *A, quem non in certamen uocauimus utpote cum G in omnibus fere uariis lectionibus consentientem ipsumque neglegentissime exaratum, ab altera parte Parisinus* 7383 *X. saec. nobis Q, Laudunensis* 428 *X. saec. ineuntis nobis L, Dresdensis D* 182 *X. saec. Illos cum A esse coniunctissimos, hos — nobis λ*[1]) *— quamquam mirum quantum interpolatos ac deprauatos prorsusque nullius pretii*[2]) *tamen in quibusdam leuioribus ad M proxime accedere constat. Quod autem Bernensem Parisin.* 6503 *Dresdensem ab apparatu nostro exclusimus, neminem, spero, offendet; factum est ex ea criticae artis ratione, quam in hac recensione ineundam iudicauimus (cf. quae in Teubneri 'Mittheilungen etc.' 2. p. 7. a.* 1868 *de priore nostra editione professi sumus).*

Venimus ad archetypum alterius classis, quem π uel π' — quid differat, uide infra — nominamus. Quem pleniorem atque correctiorem quam ε fuisse ut iam supra dictum est, ita qui leuiter, quae inter ε et π intercedunt, discrepantias percurrerit, hunc codicum ordinem pro fundamento instituendae criticae editionis habendum iudicauerit. Sed aliter res se habet. Primum antiqui libri, qui ad hanc classem pertinent, longe pauciores sunt, unde fit, ut traditarum lectionum origo et progressus hoc in ordine minus sit perspicuus; deinde quicumque diligentius naturam huius classis perscrutabitur, singulis, quibus ε et π differunt, locis accurate consideratis atque expensis, ita eam comparatam reperiat necesse est, ut, id quod iam supra, cum de operis inscriptione ageremus, leuiter quidem tetigimus, ab ingenioso quodam homine scriptus uideatur, qui cum haec illa, quae

---

1) *Ad hanc deterrimam familiam pertinuit codex, unde Cusana excerpta ('Ueber eine Handschrift des Nicolaus von Cues etc.' auctore Jos. Klein p.* 39 *et* 40) *sumpta sunt.*

2) *Quamobrem α codd. (AMG) lectio, ubi a λ discrepat, archetypi ε est eadem putanda.*

haud probe mente adsequeretur, suo arbitrio atque emendandi studio interpolaret, tum antiquitus tradita uitia, quae adhuc in ε seruantur, non semper feliciter corrigeret. Quam rem ut melius possis diiudicare, nonnulla exempla subiciemus.

	ε(α)	π(π')
p. 38, 16	uicturis in cute p.	picturis in cute p.
„ 54, 7	ab ipsis militibus seru. cont. (α'; ab ips. mel. cont. λ *GP*)	ab ipsis s. cont.
„ 70, 1	prosecutores (pers. α')	executores
„ 86, 9	intercidunt	intercidit
„ 94, 21	marię eius (marcidus)	anhelus
„ 97, 7	instructus,	instructi
„ 101, 7	euenerint	fuerint
„ 110, 1	uerum (α')	ueru (*cf.* 123, 6)
„ 114, 14	quas	quasi
„ 141, 7	ne	ut
„ 144, 7	quas	quos (*cf. etiam* 144, 20)
„ 145, 4	decedat (*A* μ) (decidat)	cadat
„ 153, 13	remigio	remigum

Sed ne neglegentia quidem prorsus immunis fuit ille librarius; a qua repetenda sunt uitia qualia sunt lentiones *pro* linteones, enucleatim (π') *pro* enucleati, exspectat *pro* spectat, anteferentarios *pro* ferentarios (*antecedente* antesignarios), superuenientibus (*in capitul. III,* 9) *pro* superuentibus, duplex proponitur *pro* duplex prope ponitur, fidissimis *pro* fidelissimis, barbari quoque *pro* barbaricoque, exemplis indulgentia *pro* ex. indulgentiae, agere *pro* augere. *Denique cum omnino ei parum sit religionis, tum minuta quaedam, ut* cornum, missibilia, *parum diligenter tradit.*

Quanto uero — liceat enim iam nunc primariorum huius codd. gen. (π) *testium antiquiorem quamuis magni illum aestimandum increpare — et saepius et audacius, ne dicam procacius, Π codicem qui exarauit, librarius ingenium exercuit, qui ut haud pauca assecutus est praeclarissime ut* 9, 19; 27, 19; 33, 11, 17; 34, 9; 36, 19; 64, 16;

78, 5; 137, 14; 161, 15), *quorum tamen quam multa ab eo libro, quem exscripsit, repetenda sint, non liquet, ita sescenties quasi insani cuiusdam hominis arbitrio usus cum multa temere corrigeret, tum noua prorsus ex lubidine Vegetio inculcauit; cuius quidem librarii intemperantiae in unaquaque fere pagina periculum feceris.*

Sunt autem, ut reuertamur ad id, quod nobis proposuimus, primarii testes generis π (π') *codicum, quem iam commemoraui, Palatinus* 909 *X. saec. nobis Π et Vaticanus* 4493 *XII. saec. nobis V, secundarii Parisinus* 7231 *XII. saec. nobis D aliquatenus cum* α *familia classis* ε *contaminatus et Perizonianus F* 17 *XI. saec. nobis P ualde cum* λ *familia* ε *classis contaminatus, ad cuius exemplum* P_2 *etiam alias intrusit correctiones*[1]); *quem cum eodem iure etiam ad* ε *genus referas, consensum librorum ΠVD propria nota* π', *consensum librorum ΠVDP* π *littera expressimus. D autem librum, quamuis frequentissime et praecipue in interpolationibus cum V adeo consentiat, ut in editione nostra duos hos codices una littera* δ *comprehensos uideas, hoc praefationis loco, ut pro se uterque rectius aestimetur, a V separandum duximus. Ipsi denique primarii huius classis testes Π et V maxime inter se differunt, cum et Π, ut modo diximus, suas easque permultas habeat interpolationes et V ex eodem ac D archetypo fluxerit multis illo quidem in locis deprauato atque interpolato; secundarii uero huius classis, quod memoria est dignissimum, uno loco* (133, 23), *quo ceteri codices omnes delirant, rectam plenamque lectionem seruauerunt.*

Extremum est, ut de excerpto Vatic. VII. saec. nobis E pauca addamus. Quod quamquam propius ad π *accedit, tamen complura sunt, in quibus cum* ε *consentit:*

---

1) *Oudendorpius (obseru. miscell. VI. VII. VIII. IX), quod maximi hunc codicem aestimauit, magnopere errauit.*

p. 35, 10	ut — censerentur *Eε*	[ut] — censebantur *Π* et — censuerunt *δP*
„ 154, 19	experimentum posterioris (— es *α*') (potioris *E*) aetatis (— es *α*') XII (duodecim *α*) *Eα*	experimento posterior aetas duod. V non solum posterioris aetatis [d.] *Π*
„ 155, 5	solstitio *EεP*	solfatio *V* equinoctio *Π*
„ 156, 2	aparcias *EAμ*	aparkias *Π* apartias *P* apartius *V*
„ 156, 3	thrascias (trasc. *A*) *Eε*	thraskeas *Π* τρασκίας *P* traschias *V*
„ 156, 5	consuerunt *Eε*	consueuerunt *π*
„ 157, 10	easdem *EεP*	eiusdem *Π*

Habet autem et E suas interpolationes, ut

p. 155, 1	horum	quorum *E*
„ 155, 10	hoc	id *E*
„ 158, 10	quo	quod *E*
„ 158, 13	aliorum	aliquorum *E*

et, qui est locus grauissimus,

p. 156, 2	adhaeret (aderit *α*)	est *E*

Etiam in eis, quae liberius excerpsit ex II 6 *et* 2, *nonnulla menda sunt. Postquam enim IV c.* 38 *inde ab* 'Igitur' *usque ad c.* 41 *excl. perscripsit, hunc in modum pergit:*

(*fol.* 104 *u.*) 'Item ex superioribus libris eiusdem operis inter cetera et ad locum. Aput Romanos in legione X cohortes (39, 7 sq.) erant quarum prima habet pedites ∞CV equites XXXII et dicitur millenaria (*immo* 'miliaria'). relique noue (*sic!*) cohortes habent pedites quingentenos quinquagenos quinos equites sexagenos senos et appellantur cohortes quinquagenariae (*immo* 'quingentariae'). plena legio habet pedites sex milia centum equites DCCXXX⟨.⟩ legiones ergo proprie (35, 5 *sq.*) romanorum sunt. macedones uero greci dardani phalangas habuerunt ut in una phalanga armatorum VIII milia censerentur. galli atque

celtiberi pluresque barbarae nationes cateruis utebantur in praelio in quibus erant sena milia armatorum.'

Reliqua leuiora uitia huius excerpti uide in uariae lectionis (V. L.) *et supplementi lectionis* (S. L.) *laterculis.*

Ex his igitur, quae de archetyporum ε et π (π') condicione disputauimus, in constituendo textu neque unum potissimum codicem neque unam solam classem sequentibus id nobis agendum putauimus, ut in dubiis utriusque generis naturae ratione habita, quid legendum esset, statueremus, in orthographicis uero A codicis scripturam adoptaremus.

B. Codicum recensus.

I. Codices, quos in hac editione adhibuimus.

a) Classis ε:

1. *A*[1]) = *Parisinus* 7230, *in fol. maiore, saec. X. ineuntis* (*secundum catalogum IX. saec.*), *integer; fol.* 27. 29 *sunt transposita, fol* 39 *uers. glossas nonnullas, quae nullius sunt pretii, a manu recentiore conscriptas continet. Fol.* 1 *r. uiginti nouem linearum, quod ualde dilutum est,* '*Praeceptum Dagoberti de fugitiuis ad ecclesiam sancti dionisii*' *continet ab his uerbis incipiens* '*Dagobertus rex francorum uir inlustris omnibus episcopis abbatibus etc.*' *lin.* 17 '*Finis priuilegii nicholai apostolici de rebus et stipendiis francorum*'. *Fol.* 1 *u. incipit Vegetius; fol.* 2 *r. in inferiore parte legitur* '*Solinius de mirabilibus mundi liber* sci *dionisii SL*✠ *XXXb*). *XΓ*)*Γ X*).' *Fol.* 53 *r. Solinus*[2]) *incipit. In ultimo folio manus satis antiqua adleuit* '*Hec accepit Odo rex de thesauro* sci *dyonisii.*' *Sequitur index rerum pretiosarum, ut fibularum cultellorum uasculorum calicum palliorum etc. Multi errores correcti alii intrusi*

1) *cf. p. XVIII.*

2) *Mommsen in codicum Solini recensu hunc et cod.* 7230 *A mire confudit.*

a manu recentiore (A_2) (*partim atramento partim stilo cerussato*); *in foliis prioribus a manu satis antiqua quaedam correcta alia ad marginem excerpta sunt* (*ut ad p.* 6, 20—22 *n. ed.* '*iste nationes largo sanguine redundant.*') *Inuolucrum Caroli IX. habetur. Post Haasium Du Rieu alios ipse* (*a.* 1866) *hunc codicem contuli. Iterum complures locos in meam gratiam inspexit Dr. Augustus Behaghel collega* (*a.* 1868). *Exceptis uocabulis per* e *uel* ę *non* ae *et uice uersa scriptis* (*ut* aequos = equos, quae = que) *totum hunc codicem in apparatum recepimus.*

2. M^1) = *Monacensis* 6368 (*olim Frisingensis* 168) *in quarto, membranaceus, saec. X. incip., nisi fallor, omnium antiquissimus. Integer est habetque folia* 43, *binis columnis scriptus; fol.* 2 *u. et* 42 *u. atramenti bona pars euanuit. Fol.* 1 *sq. legitur* (*ab antiqua manu*) '*lib̄ iste ē sc̄e marie et s̄ci corbiniani frisiḡ*'. *Altera manus* (M_2) *rarissime occurrit. Inuolucrum ligneum est a tineis perforatum, quod et ipsum perantiquum esse, qua intus uestitur, membrana IX. saec. ecclesiastica quaedam continens testatur. Hunc post Haasium* (1845) *Halmium Zangemeisterum* (1865) *Du Rieu* (1866) (*item G et Q codd.*) *ut mihi Heidelbergae conferre liceret, Baehrii V. Cl., quem iam supra cum honore commemoraui, eximio officio atque mei studio contigit. Iterum complures locos in meam gratiam inspexit humanissime Halmius V. Cl.* (1868). *Exceptis uocabulis per* e *uel* ę *non* ae *et uice uersa scriptis* (*ut* aequos = equos, quae = que) *omnem eum in apparatum recepimus.*

3. G^2) = *Gudianus* 84, *in folio paulo latiore, meo iudicio saec. X. ex. uel XI. Schoenemann* ('*Hundert Merkwürdigkeiten der Wolfenbüttler Bibliothek*', *Nr.* 18.) *eum IX. saec. attribuit: ipse Gudius* '*Censeo*' *ait in inuolucri parte interiore* '*codicem hunc annorum septingentorum et magni pretii esse* | *Marq. Gudius anno CIↃ IↃC LXXXVI*' (1686). *Correctiones* (G_2) *hic codex habet partim ab ipso, ut uidetur, qui eum exarauit, librario — ceterum non ab*

1) *cf. p. XVIII.* 2) *cf. p. XVIIII.*

una eademque manu scriptus uidetur — partim a manu recentiore, quae quidem eadem ad exemplum familiae δP nonnulla emendauit; ab illa antiqua profectae sunt notae marginales, quae ad locos orationis ipsius aut difficiles aut aliquid singulare habentes spectant (e. g. 77, 5. *'galiarias' in margine iterum scriptum est). Ruber color non inuenitur. Fol.* 67 *'Incipit Libellus De Vita. Et Moribus Imperatorum Breuiatus Ex Libris Sex̄. Aur̄. Victo̅ A Cesare Aug. Usque Ad Theodosium.' Post Korttium* (1726) *Wernsdorfium (in Schwebelii* (1767) *usum, cui est Guelph. A) L. Trossium* (1861), *qui 'Vegetium accuratissime excussit et ad litteram transscripsit, quod apographum in bibl. Monacensi est* 25211', *Zangemeisterum* (1866), *'qui Vegetium Gothae contulit' et quo 'teste hic codex optimus est huius familiae' ipse* (1867) *contuli. Iterum complures locos mea gratia inspexit* (1868) *Dr. Bartels.*

4. L^1) = *Laudunensis* 428, *saec. X. ineuntis (secundum catalogum ('Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements' tom. I* 227 *(cf. etiam I p.* 43)) *IX. saec.), in quarto paulo minore; haud integer; incipit enim ab his l. II. capitulationis uerbis:* qui promouentur. XXI. Quid inter tubicines et cornicines et classicum intersit. *(p.* 32 *nostr. ed.). Manus altera* (L_2) *est satis antiqua. Hanc habet praescriptionem ab antiqua sed non eadem, qua ipse codex scriptus est, exaratam: 'Hunc libellum dedit domn̄ dido dõ et scae marię laudunensis eclę. Si quis abstulerit irā dī et scę marię incurrat.' (inde ab 'laudunensis' atramento alio usus est librarius.) Dido episcopatum iam anno* 883 *obtinebat et a.* 893 *concilio Remensi interfuit (cf. Gall. christian. IX* 519). *Inter pennae probationes ad finem operis (fol.* 67 *r.) adiectas uersiculus Horatianus legitur 'omnib; hoc uitiu est cantorib;'; fol.* 67 *u. a recentissima manu scriptum extat: 'Iste liber est manc*[9] *| collegiū laudunen est meum'. Ipse (a.* 1866) *contuli.*

1) *cf. p. XVIIII.*

5. Q^1) = *Parisinus* 7383, *X. saec., in quarto paulo minore, olim Colberti, postea Monsardi* (*cf. fol.* 1 *u.*); *integer excepto ultimo folio* (74), *cuius exterior margo ad dimidiam prope paginam est abscissum; praeterea in superiore fol.* 4—6 *angulo pauca uocabula madore sunt affecta. Ruber color non existit. Exaratus est hic codex a librariis minimum tribus, correctus quoque a manu satis antiqua eaque, nisi fallor, librariis illis aequali* (Q_2); *rarissime recentioris cuiusdam correctoris manus* (*XV. saec.*) *occurrit. Est Laudunensi praeferendus; deest subscriptio* (*cf. p.* 165 *nostrae ed.*), *quamquam* (*fol.* 74 *u.*) *supererat spatium; neque tamen recentiores manus id intactum reliquerunt: adleuerunt alphabetum, notas musicas* (*ut* ), *'rnati uerbi misterium nosce oculis lux tue'* (*XIV. saec.*), *alia. Fol.* 58 *u.* (*in fin. quaternionis*) (*n. ed. p.* 124, 6) *desinit 'necessita' reliquo spatio et lineae et paginae uacuo; pergit fol.* 59 *r. 'te confligunt' etc.; et hunc locum in suum usum recentior quaedam ecclesiastica manus conuertit* (*ut 'Sca maria mat dni nri ihu XPI in manus filii tui et tuas 9medo hodie et in oi tempore animā meā et corp⁹ meū.'* (*i. e. sancta Maria, mater Domini nostri Jesu Christi, in manus f. t. et tuas commendo h. e. in omni t. animam meam et corpus meum*). *Fol.* 2 *r. et in superiore et in inferiore margine rasurae comparent; diluta sunt quae pauca manus XV. saec. ad marginem eiusdem folii superiorem conscribillauerat. Post Haasium et Du Rieu ipse* (*a.* 1868) *contuli. Complures locos iterum inspexit* (1868) *Dr. Aug. Behaghel collega. — Memoria dignissima est epistula ad Vegetium spectans, quam hic codex ipsi operi praemittit. Ea cum a Friderico Haasio* (*l. l.*), *quae diligentissime tractaretur, digna habita sit, non possumus non eam hoc quoque loco subicere. Id uero monendum est, Frid. Haasium, qui in Paris.* 7230 *A hanc*

1) *cf. p. XVIIII.*

epistulam inesse doceat, contra de cod. 7383 *prorsus taceat, numero esse deceptum; neque enim aut in Par.* 7230 *aut in Par.* 7230 *A, de quo infra pauca uerba faciemus, tale quid apparet; accedit, quod, quas codicis Parisini (P) uarias affert, optime in Par.* 7383 *quadrant. Praeterea commemorandum est illam epistulam non solum, quos Haasius affert, a Treuirensi (XV. saec.), Vindobonensi (Basileae a.* 1437 *scripto; cf. Endlicher catal. codd. Vindob. lat. p.* 206), *Florentinis plut.* 45, 20 *(XV. saec.) (e quo Bandinius in catal. II p.* 357 *eam ediderat), plut.* 45, 21 *(XV. saec.), plut.* 53, 12 *(XIV. saec.) et italice uersam (XIII. saec.) a Bono Giambonio exhiberi, cuius interpretationem Vegetii Franc. Fontana*[1]) *(Firenze* 1815) *publici iuris fecit, sed etiam extare in Parisinis* 7233 *(XIV. saec.).* 7387 *(XV. s.), Vatic. Regin.* 1880 *(XV. s.), Ambrosiano G* 83. *Epistula autem, qualis quidem in Parisino* 7383 *legitur, haec est*[2]*):*

In omni — uictoriam — prelio — uires incrudite (pro uirtus indocta) *ΠQ hoc loco; vulgo haec verba prima c. 1 libri I leguntur;* [In — uict.] *Gemoll; deinceps sequenti capitum indici praemittunt* Incipiunt capitula libri primi *A'P* Item tituli libri primi *Π* Incip̄ tituli libri primi *δ nil tale MQ* 1 exercitatione ≡ *A* 3 tyronef *et sic constanter Aμπ* ſunt *μπ* 4 ſunt *Q* 5 tironeſ probandi] t. legendi *δ* ſunt *π'* 7 legendo *π'* 8 poſſunt *π'* tironeſ cognoſcuntur *PQ* 9 eligendi [ſint] uel reſp. *sP* eligendi ſunt u. r. *Π* legendi ſunt u. r. *δ* 10 s̄t *Π* 11 gratũ *M* 15 excercebant *M* 17 Armatura *PQ* 18 miſſilia *πQ* iacenda *μ* iacienda *ex* iacenda *corr. P* 19 imbuendoſ *Π* 21 De exercitatione *Π*

XVIII. Quemadmodum ad ascendendos equos tirones exercendi sint.
XVIIII. Ad portandum pondus exercendos tirones.
XX. Quo armorum genere usi sint antiqui.
XXI. De munitione castrorum. 5
XXII. In qualibus locis constituenda sint castra.
XXIII. Quali specie castra delinianda sint.
XXIIII. Quo genere munienda sint castra.
XXV. Quemadmodum munienda sint castra, cum hostis inmineat. 10
XXVI. Quemadmodum exerceantur tirones, ut in acie ordines et interualla custodiant.
XXVII. Quantum spatium ire *ac* redire debeant uel quotiens in mense exerceri, cum educuntur milites ambulatum. 15
[XXVIII. De adhortatione rei militaris Romanaeque uirtutis.]

---

1 exercendi ſunt *δ* [exercendi ſint] *αP*$_1$ (*in ipso contextu recte*) exerc̃ *Q* 3 ponduſ] opuſ *D* 4 uiſi *Π* genera *Q* ſunt *μπ* 6 qualibet *Π* quibuſ *δ* 7 Qua *δ* del. ſ. c. *A'* delinianda *α'* delinienda *GQπ'* deliminanda *P* 8 g. castra m. ſ. *D* genara *Q* immineat *Aπ* 9 XXV. *om. δ* 11 [ut — cuſtodiant] *εP* 13 quantu *M* 14 ac *Lang* uel *O* quotieſ *PQ* 15 ad ambulatum *PQ* ambulandum *D* ad ambulandum *ex correctione V* 16 De ordinatione *Π* de adortatione *G* *Sequenti prologo Π praemittit* (*maiusculis litteris*): Incipit prologuſ libri eiuſdem. *V:* praefatio nunc loquitur. *D:* praefatio nunc l. ad diuum theodoſium et auguſtum caeſarem imperatorem.

LIBER I.

Antiquis temporibus mos fuit bonarum artium studia mandare litteris atque in libros redacta offerre principibus, quia neque recte aliquid inchoatur, nisi post Deum fauerit imperator, neque quemquam magis decet uel me-
5 liora scire uel plura quam principem, cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis. Quod Octauianum Augustum ac bonos dehinc principes libenter habuisse frequentibus declaratur exemplis. Sic regnantium testimoniis crebuit eloquentia, dum non culpatur audacia. Hac ego
10 imitatione conpulsus dum considero clementiam uestram ausibus litterarum magis ignoscere posse quam ceteros, tanto inferiorem me antiquis scriptoribus esse uix sensi

---

V. L. 2 in librif *QδP* 3 nifi poft deum fauerit (faberit *α*') imperator *αΠ* nifi poft deum fuerit i. *Q* nifi praenotum fuerit imperatori *VP* n. praenotum fuerit principi *D* n. praenotum fuerit imperatori *Scriuer. Modius Barth.* nifi priuf dominuf nofter fauerit [i.] *Oudend.* 7 dehinc] deincepf *δ* 9 crebuit] creuit *π* ego] ergo *Q* 11 ufibuf *GQP* litteratorum *Scriuer.* 12 tanto] quamuif *QP* [t.] *δ* uix fenfi licet] *α* uix fenfi. Licet *Π* uidiffem. Scilicet *V* [u.] fenfi tamen *DP* [u.] fenfi licet tamen *Q*

S. L. 1 bonarum] uenarum to *Π* 2 redacta] redacenta (*posterius* a *a* 2 *add.*) *A* 5 doctrina] doctrinā *Π*

licet in hoc opusculo nec uerborum concinnitas sit necessaria nec acumen ingenii, sed labor diligens ac fidelis, ut, quae apud diuersos historicos uel armorum disciplinam docentes dispersa et inuoluta celantur, pro utilitate Romana proferantur in medium. De dilectu igitur atque exercitatione tironum per quosdam gradus et titulos antiquam consuetudinem conamur ostendere; non quo tibi, imperator inuicte, ista uideantur incognita, sed ut, quae sponte pro reipublicae salute disponis, agnoscas olim custodisse Romani imperii conditores et in hoc paruo libello, quicquid de maximis rebus semperque necessariis requirendum credis, inuenias.

Romanos omnes gentes sola armorum exercitatione uicisse.

I. Nulla enim alia re uidemus populum Romanum orbem subegisse terrarum nisi armorum exercitio, disciplina castrorum usuque militiae. Quid enim aduersus Gallorum multitudinem paucitas Romana ualuisset? Quid aduersus Germanorum proceritatem breuitas potuisset audere? Hispanos quidem non tantum numero sed et uiribus corporum nostris praestitisse manifestum est; Afrorum dolis atque diuitiis semper impares fuimus; Graecorum artibus prudentiaque nos uinci nemo dubitauit. Sed adversus omnia profuit tironem sollerter eligere, ius, ut ita dixerim,

---

V. L. 2 ut quae] atq; *α* et quae *Qδ P* 5 dilectu] electione *P* 7 quod *GΠV* i. inuicte] princepſ i. o theodoſi diuorum auguſtorum praecellentiſſime *D* ut] uti *D* 10 paruo *εδ* parco *Π* paruulo P_1 *Π subiungit praefationi:* Incipit liber primuſ. *V*: Explicit praefatio.

Cap. I. 16 aduerſuſ] aduerſum *δ* 17 audere] adire *Π* 18 Hiſpanos] Spanoſ *Π* 21 dubitabit *α'* (*in M fortasse correctum ex* dubitauit) *Scriuerius* dubitabit *corr. ex* dubitauit *Q* 22 ſollertem (ſolert. *A'P*) *εP*

S. L. 1 opuſcolo A_1 concinnitaſ *corr. ex* concignitaſ *Q* 5 dilectu] dilecto *ε* 6 gradoſ *α'* 7 imperator] imperatur *A'* 10 quicquid] quodquid *A'*

Cap. I. 14 orbem] urbem A_1 15 uſuque] uſq; A_1 quid] quod *A* 19 praeſtetiſſe *A'* 21 prudentia] prudentiã *α'*

armorum docere, cotidiano exercitio roborare, quaecumque euenire in acie atque proeliis possunt, omnia in campestri meditatione praenoscere, seuere in desides uindicare. Scientia enim rei bellicae dimicandi nutrit audaciam: nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad uictoriam promptior est, rudis et indocta multitudo exposita semper ad caedem.

Ex quibus regionibus tirones legendi sint.

II. Rerum ordo deposcit, ut, ex quibus prouinciis uel nationibus tirones legendi sint, prima parte tractetur. Constat quidem in omnibus locis et ignauos et strenuos nasci. Sed tamen et gens gentem praecedit in bello et plaga caeli ad robur non tantum corporum sed etiam animorum plurimum ualet; quo loco ea, quae a doctissimis hominibus conprobata sunt, non omittamus. Omnes nationes, quae uicinae sunt soli, nimio calore siccatas, amplius quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicunt ac propterea constantiam ac fiduciam comminus non habere pugnandi, quia metuunt uulnera qui exiguum sanguinem se habere nouerunt. Contra septentrionales populi, remoti a solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi.

V. L. 1 cotid.] diſciplinam cotidie *δ* 2 in proeliiſ *π'* poſſint *A'* 3 ſeuire (ſaeu. *M*) i. d. uindicando *ε* 7 rudiſ *αΠ* quam rudiſ *QP* rudiſ autem *δ*

Cap. II. 9 Uerum ordo *Korttianus 2, ex Scriuerii libris unus, Schwebelii Guelph. B, Schwebelius* [ut] *δ* 10 eligendi *Π* 11 [in] *δ* 13 plagaſ *AμP* 14 plurimum ſcire u. *QP* quo loco $\alpha\Pi P_1$ in quo l. *δ* quae loca QP_2 [ea quae] *QP* 15 omittamuſ *A* obmittamuſ *G* omittam *MQπ* 16 ſiccataſ] ſiccitatiſ *δ* 17 dicuntur *V* 19 qui] quia *Qδ* 20 Contrario *Π* 22 ad bella] in b. *Π*

S. L. 1 cottidiano *M* 4 dẹmicandẹ *A* audatiam *M* 5 dediciſſe A_1 6 ad uictoriã² *A* 7 indoctam multitudo *A*

Cap. II. 9 prouintiiſ *M* 14 ad doctiſſimiſ *α'* 16 calore] colore *Π* ſiccataſ] ſiccatoſ *μG* ſiccatuſ A_1 17 ac] hac *A* 18 fidutiam *A* conminuſ *Π* 22 prumptiſſimi *M*

Tirones igitur de temperatioribus legendi sunt plagis, quibus et copia sanguinis suppetat ad uulnerum mortisque contemptum et non possit deesse prudentia, quae et modestiam seruat in castris et non parum prodest in dimicatione consiliis. 5

Utrum ex agris an ex urbibus utiliores sint tirones.

III. Sequitur, ut, utrum de agris an de urbibus utilior tiro sit, requiramus. De qua parte numquam credo potuisse dubitari aptiorem armis rusticam plebem, quae sub diuo et in labore nutritur, solis patiens, umbrae neglegens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis 10 animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris, cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo de rure est. Interdum tamen necessitas exigit etiam urbanos ad arma conpelli, qui ubi nomen dedere militiae, primum laborare, decurrere, portare pon- 15 dus et solem pulueremque ferre condiscant, parco uictu utantur et rustico, interdum sub diuo interdum sub papilionibus commorentur. Tunc demum ad usum erudiantur armorum, et, si longior expeditio emergit, in agrariis plurimum detinendi sunt proculque habendi a ciuitatis 20 inlecebris, ut eo modo et corporibus eorum robur accedat et animis. Nec infitiandum est post urbem conditam Romanos ex ciuitate profectos semper ad bellum; sed tunc nullis deliciis frangebantur, [sudorem cursu et campestri

---

V. L. 2 ſuppetit Q_1 5 conſiliiſ] conſilii δ

Cap. III. 6 ut utr. *Schwebelii Guelph.* *C* ut utr. *V* [ut] utrum $\varepsilon\Pi PD$ 9 patienſ] p. aeſtum QP· umbrae] imbrem *Ed. Romana* imbrium *Modius Oudendorpius* 10 [balnearum — ignara] Π ſimplicitaſ Π 11 paruo contenta cibo Q laborem *M* laborem Π *unus ex Stewechianis* tolerantia Π tolerantiamq; *unus ex Stewech.* 16 et ſolem δ et ſ. P 17. paruo δP 18 tum $Q\delta$ 19 in angariiſ εP 23 ſed] hi Π 24 nulliſ uoluptatibuſ nulliſ deliciiſ π' [ſudorem — Tiberi] *Gemoll* curſu et campeſtri

---

S. L. 1 temperatioribuſ] temperationibuſ A (δ) 4 demicatione α'

Cap. III. 11 contenta] contempta Π 22 inficiendum A inficiandum $\Pi\mu G$

exercitio collectum iuuentus natans abluebat in Tiberi] idem bellator, idem agricola, genera tantum mutabat armorum; quod usque adeo uerum est, ut aranti Quinctio Cincinnato dictaturam constet oblatam. Ex agris ergo sub-
5 plendum robur praecipue uidetur exercitus; nescio quomodo enim minus mortem timet qui minus deliciarum nouit in uita.

Cuius aetatis tirones probandi sint.

IIII. Nunc, qua aetate milites legi conueniat, explo-
10 remus. Et quidem, si antiqua consuetudo servanda est, incipientem pubertatem ad dilectum cogendam nullus ignorat; non enim tantum celerius sed etiam perfectius inbuuntur quae discuntur a pueris. Deinde militaris alacritas, saltus et cursus ante temptandus est, quam corpus aetate pigrescat. Uelocitas enim est quae percepto exer-
15 citio strenuum efficit bellatorem. Adulescentes legendi sunt, sicut ait Sallustius 'Iam simul ac iuuentus belli

---

V. L. exercitio *δQ* curſum e campeſtri exercitio *α* curſu et c. exercitatione *Π* c. et c. exercitatio^ne^ *P* 1 natanſ] nando *ex* nandaſ *eras. Q* in Tiberī *Π* 4 oblatam] Perſiuſ et trepida ante bouef dictatorem induit uxor et tua aratra domum lictor tulit *inserit Π* 5 neſcio enim quomodo *P*

Cap. IIII. 9 Et quidem] Equidem *δ Oudendorpius* 10 incipienti pubertate *QP* cogendum tyronem *Q* 12 inbuuntur] imbibuntur *δ uulgo* induuntur *Oudendorpius* 16 ſaluſtiuſ *Π* n. ſimulac iuuentuſ b. p. e. i. c. p̄ laborem uſū militie diſcebant *Π* Nam ſimulac iuuentuſ b. p. e. i. c. p̄ laborem uſu militia (ā A_2) diſcebant *A* n. ſimul aduentuſ belli pacienſ e. i. c. p̄ laborem uſu militiam (*corr. ex* mal.) diſcebant *M* n. ſimul aduentuſ b. pacienſ e. i. c. p̄ laborem uſū militiae diſcebant *Q* n. ſ. i. b. p. e. i. c. p. laboriſ uſū militiā diſcebant *δP* n. ſimulata iuuentuſ b. p. e. i. c. p̄ laborum uſū militiā diſcebant *G* Iam iuuentuſ ſimulac b. p. e. i. c. p. laboriſ uſum miliciam diſcebat *Giss.* Iam primum iuuentuſ ſimulac b. p. e., i. c. per laborem uſu militiam diſcebat *Sallustius Cat. 7, 4* (*ed. Iordan*); *ceterum* ferre (*non* per) laborem uſu militiae diſcebat *Sallustium eo loco scripsisse censet Lud. de Sybel (thes. ad commentationem de repetitionibus uer-*

S. L. 1 Tyberi *AΠ* 4 ſupplendum *Π* 6 diliciarum A_1
Cap. IIII. 11 perfectiuſ] ꝑfectiuſ *A* imbuuntur *Π*

patiens erat, in castris per laborem usum militiae discebat'. Melius enim est, ut exercitatus iuuenis causetur aetatem nondum aduenisse pugnandi, quam doleat praeterisse. Habeat etiam spatium uniuersa discendi. Neque enim parua aut leuis ars uideatur armorum, siue equitem siue peditem sagittarium uelis inbuere siue scutatum, armaturae numeros omnes omnesque gestus docere, ne locum deserat, ne ordines turbet, ut missile et destinato ictu et magnis viribus iaciat, ut fossam ducere, sudes scienter figere nouerit, tractare scutum et obliquis ictibus uenientia tela deflectere, plagam prudenter uitare, audacter inferre. Huic taliter instituto tironi pugnare aduersum quoslibet hostes in acie formido non erit sed uoluptas.

Qua statura iuniores probandi sint.

V. Proceritatem tironum ad incommam scio semper exactam, ita ut VI ped*um* uel certe V et X unciar*um* inter alares equites uel in primis legionum cohortibus probarentur. Sed tunc erat amplior multitudo, et plures militiam sequebantur armatam; necdum enim ciuilis pars florentiorem abducebat iuuentutem. Si ergo necessitas exigit, non tam staturae rationem conuenit habere quam

V. L. *-borum in fabulis Eurip. (Bonn. 1868) adiecta)* 5 uidetur εδP 6 ſagittarium uelif] AΠ ſ. uellif M ſ. bellif QP₁V ſagittariumue uelif D imbuere, ſiue ſcutatum a. *uulgo.* 7 numeroſ [omneſ] ε 9 deſtinatum ictum [et] Q 11 uenientibuſ ad δ 12 aduerſus π' 13 erit] eſt μP

Cap. V. 14 ad incomam Aμ ad incoma Π ad incommoda GP a c̃ſule mario δ commodam *Palmerius Stewechius* ad incommata *Oudend.* III C (*i. e.* trium cubitorum) *Chorierii cod. cf. Fabric. bibl. lat. III p. 175* 15 VI pedum u. c. V et X unciarum *Stewechius* ſenoſ pedeſ u. c. quinoſ et denaſ unciaſ εδP ſ. p. u. c. q. e. d. u. habenteſ Π *uulgo* VI pedeſ u. c. V et X unciae *Oudend.* 18 militiem A [armatam] Π 19 abducebat Π *Förster* abduxerat *Korttianus 2, Oudendorpius, Schwebelius* adduxerat εδP ſi ergo n. exigit (exegerit δ) non t. ſt. rationem conuenit habere π' [ſi] ergo n. exigit non t. ſt. r. [conuenit] habere εP

S. L. 8 turbet] turbit A_1 diſtinato A^1 9 iaciat] iaceat A_1 11 deflectere] defectere M 12 tironi] tirone (tyrone α') α 13 in aciae M Cap. V. 16 in primiſ] inprimiſ Π

uirium. [Et ipso Homero teste non fallitur, qui Tydeum minorem quidem corpore sed fortiorem armis fuisse significat.] VI. Sed qui dilectum acturus est uehementer intendat, ut ex uultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligat, qui implere ualeant bellatores. Namque non tantum in hominibus sed etiam in equis et canibus uirtus multis declaratur indiciis, sicut doctissimorum hominum disciplina conprehendit[; quod etiam in apibus Mantuanus auctor dicit esse seruandum

Ex uultu et positione corporis agnosci in eligendo qui meliores possint esse tirones.

10 'Nam duo sunt genera, hic melior, insignis et ore
Et rutilis clarus squamis, ille horridus alter
Desidia latamque trahens inglorius aluum'].

Sit ergo adulescens Martio operi deputandus uigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, umeris musculosis,
15 ualentibus brachiis, digitis longioribus, uentre modicus, exilior clunibus, suris et pedibus non superflua carne distentis sed neruorum duritia collectis. Cum haec in tirone signa deprehenderis, proceritatem non magno opere desideres. Utilius est enim fortes milites esse quam grandes. VII. Sequitur, ut, cuius artis uel eligendi uel penitus

Cuius artis tirones uel eligendi sint uel respuendi.

V. L. 1 et ipſo] hoc quiſquiſ effecerit et ipſo *Π* fallitur *εΠ* fallimur *δP* *Comma* et ipſo — ſign. *spurium uidetur et ex margine inrepsisse* (*fallitur scil. Vegetius*). Cap. VI. 5 ual. Bellatorum *PQ* u. officium bellatoriſ *V* u. o. bellatoriſ. Bellatorum *D* 8 [quod — aluum] *Gemoll* 9 eſſe ſeruandum] itaque *QP* 11 [et] G_1 rotuliſ *G* 15 ualentibuſ digitiſ longioribuſ brachiiſ *ε* 16 clunibuſ *π'* A_2 crunibuſ *α'* cruribuſ *QGP* 18 magnopere *QGπ* 19 utiliuſ enim eſt *δPG*$_2$ utiliuſ enim [e.] G_1

S. L. 1 Omero *Π* qui Tydeum qui ti deum *A* quiſ deum *M* qui tideum *Π* Cap. VI. 6 in hominibuſ] in omnibuſ] *M* 8 diſciplinam *M* conphindit *corr. in* conphendit *A* compr. *Π* 10 hore *Π* 11 rutuliſ *AQ* 12 traenſ *Π* aluum] album *α'* 13 aduliſcenſ *corr. in* aduleſcenſ *A* adoleſcenſ *Π* depudanduſ *M* 14 umeriſ *M* humeriſ *A'Qπ* muſcoloſiſ *ε* 15 langioribuſ *M*

repudiandi sint milites, indagemus. Piscatores aucupes dulciarios linteones omnesque, qui aliquid tractasse uidebuntur ad gynaecea pertinens, longe arbitror pellendos a castris; fabros ferrarios carpentarios, macellarios et ceruorum aprorumque uenatores conuenit sociare militiae. Et hoc est in quo totius reipublicae salus uertitur, ut tirones non tantum corporibus sed etiam animis praestantissimi diligantur; uires regni et Romani nominis fundamentum in prima dilectus examinatione consistunt. Nec leue hoc putetur officium aut passim quibuscumque mandandum; quod apud ueteres inter tam uaria genera uirtutum in Sertorio praecipue constat esse laudatum. Iuuentus enim, cui defensio prouinciarum, cui bellorum est committenda fortuna, et genere, si copia suppetat, et moribus debet excellere. Honestas enim idoneum militem reddit, uerecundia, dum prohibet fugere, facit esse uictorem. Quid enim prodest, si exerceatur ignauus, si pluribus stipendiis moretur in castris? Numquam exercitus proficit tempore, cuius in probandis tironibus claudicarit electio. Et quantum usu experimentisque cognouimus,

---

V. L. Cap. VII. 1 reſpuendi *P* 2 uidentur *Π* 3 gynecea *μ* gy nec ea *A* ginecea *G* gineciam *Π* genitia *δP* 4 carpentarioſ] et carpent. *Π* 5 ſociare *A'δP* ſectare *Π* ſociari *μ* militiam *Π* 6 hoc eſt in quo] in hoc *δP* 7 preſtantiſſimiſ *Π* praeſtantiſſime≡ *G* (e *in* i *corr.* G_2) 8 deligantur *GQπ* ut uireſ — conſiſtant *Π* 9 [in] prima *Π* 11 inter tam uariaſ genera *Π* in tam uario genere *δ* incerta uaria genera *ε* incerta et uaria genera *P* 13 defenſa *Π* 18 moritur *Π* meretur *Q* mereat *Mod. Sch.* (ex cod. *Guelph. C*) 19 proficit *π'Q* profecit *α* proficit *corr. in* profecit *P* tempore] tempore belli *QP*

S. L. Cap. VII. 2 dulciarioſ] dulcarioſ *μP* linteoneſ] lentioneſ (e *prius et* i. *i. l. er.* *Π*) *π* tractaſſe] tractaſſet *A* 4 carpentarioſ] carpectarioſ *M* 6 reipuplicae *Π* (*constanter in hoc cod.* pupl., *non* publ.) 9 dilectuſ] dilectoſ (dilectoſ *G*) *α* 14 genere] -a *M* 16 fugere] fugire *α'* 17 ignauuſ] ignauoſ A_1 19 in prob.] improbandiſ *Π*

hinc tot ubique ab hostibus inlatae sunt clades, dum longa pax militem incuriosius legit, dum honestiores quique ciuilia sectantur officia, dum indicti possessoribus tirones per gratiam aut dissimulationem probantium tales sociantur armis, quales domini habere fastidiunt. A magnis ergo uiris magnaque diligentia idoneos eligi conuenit iuniores.

Quando tirones signandi sint.

VIII. Sed non statim punctis signorum scribendus est tiro dilectus, uerum ante exercitio pertemptandus, ut, utrum uere tanto operi aptus sit, possit agnosci. Et uelocitas in illo requirenda uidetur et robur, et utrum armorum disciplinam ediscere ualeat, utrum habeat confidentiam militarem. Plerique enim, quamuis non inprobabiles uideantur in specie, tamen experimentis conprobantur indigni. Repudiandi ergo minus utiles et in locum eorum strenuissimi subrogandi sunt. In omni enim conflictu non tam prodest multitudo quam uirtus.

Signatis itaque tironibus per cotidiana exercitia armorum est demonstranda doctrina. Sed huius rei usum dissimulatio longae securitatis aboleuit. Quem inuenias, qui docere possit quod ipse non didicit? De historiis ergo uel libris nobis antiqua consuetudo repetenda est. Sed illi res gestas et euentus tantum scripsere bellorum, ista, quae nunc quaerimus, tamquam nota linquentes. Lacedaemonii quidem et Athenienses aliique Graecorum in libros rettulere conplura quae tactica uocant; sed nos

---

V. L. 4 aut diff.] ac diff. *δ* probantur *Π* Cap. VIII. 7 inſcribenduſ *Π* *Förster uulgo* 8 dilectuſ] delectuſ *π'* praetemptanduſ *εP* 9 tanto] tantum *Q* 10 uideatur *π'G* (*sed in hoc c.* at⁹ *in l. er.*) [et] utrum *A'* 13 [in] ſpecie *δ* in ſp. *P* in ſpeciem *Mod.* 14 [in] *Π* 19 longa *Π* . inueniæſ *P* inueniеſ *δ* 22 [tantum] *Π* 23 linquenteſ] relinquenteſ *Π* 25 in libriſ *A'π'* rettulere *M* retullere A_1 retulere $A_2GQπ$ [quae tactica uocant] *εP*

S. L. 4 taleſ] taliſ *α'* Cap. VIII. 8 ut] et *Π* 10 robor *μ* 12 improb. *Π* 13 repudiandi] repuandi *M* repudiando *Π* 14 locum] locu A_1 15 prodeſt] prude eſt A_1 17 cottidiana *μ* 19 aboleuit] abolebit *Π* 22 illi] ille A_1 24 athenihenſeſ *M* 25 complura *π'*

disciplinam militarem populi Romani debemus inquirere, qui ex paruissimis finibus imperium suum paene solis regionibus et mundi ipsius fine distendit. Haec necessitas conpulit euolutis auctoribus ea me in hoc opusculo fidelissime dicere, quae Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit, quae Cornelius Celsus, quae Frontinus perstringenda duxerunt, quae Paternus diligentissimus iuris militaris adsertor in libros redegit, quae Augusti et Traiani Hadrianique constitutionibus cauta sunt. Nihil enim mihi auctoritatis adsumo sed horum, quos supra rettuli, quae dispersa sunt, uelut in ordinem epitomata conscribo.

Ad gradum militarem et cursum et saltum exercendos tirones.

IX. Primis ergo meditationum auspiciis tirones militarem edocendi sunt gradum. Nihil enim magis in itinere uel in acie custodiendum est, quam ut omnes milites incedendi ordinem seruent. Quod aliter non potest fieri, nisi assiduo exercitio ambulare celeriter et aequaliter discant. Periculum enim ab hostibus semper grauissimum sustinet diuisus et inordinatus exercitus. Militari ergo gradu XX milia passuum horis quinque dumtaxat aestiuis conficienda sunt. Pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis XXIIII milia peragenda sunt. Quicquid addideris, iam cursus est, cuius spatium non potest definiri. Sed et cursu

V. L. 5 [de] difc. *A* 6 celfuf [q.] frontinuf *Q* c. q. Frontinuf quae Hyginuf *coniecit Lange* (*Hygin. Grom. lib. de mun. c. p. 63*). praeftringenda *αV* 8 in libro *δ* 9 adriani *O* 10 retuli *πQG* 11 ueluti *δ* epitomate *Π*

Cap. IX. 14 in acie] in ede (ede *Q*) *ε fragm. Einsied.* 16 nifi affiduo exercitio *Π* nifi ut exercitio *α'QP* nifi ut affiduo exercitio *δ* nifi exercitio *G* nifi iugi ex. *Oudend.* 17 femper] faepe *δ* *In sequentibus litteris numeros* XX *et* XXIIII *exprimunt praeter AG omnes cod.* 22 definire *VQ* diffinire *D* et curfu] ad curfum *fr. Eins.*

S. L. 2 paene] poene *ε* 4 compulit *Π* opofculo A_1 *ε* 6 celfuf quae] celfufq. *M* 8 redegit] redigit *A'* 10 adfumo *A* affumo *Π*

Cap. IX. 12 aufpitiif *A* militarem edocendi] militare me docendi A_1 18 gradum *α'* 19 milia ≡ paffuum *A* dumtaxat aeftiuif] dumtaxata ẽ iuif (eftiuif) *α'* 20 pleno] plena *M* horif] orif *M* 22 curfuf eft] c. ẽ ≡ *A*

praecipue adsuefaciendi sunt iuniores, ut maiore impetu in hostem procurrant, ut loca oportuna celeriter, cum usus aduenerit, occupent uel aduersariis idem facere uolentibus praeoccupent, ut ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant, ut fugientium facilius terga conprehendant. Ad saltum etiam, quo uel fossae transiliuntur uel inpediens aliqua altitudo superatur, exercendus est miles, ut, cum eiusmodi difficultates euenerint, possint sine labore transire. Praeterea in ipso conflictu ac dimicatione telorum bellator cum cursu saltuque ueniens aduersarii praestringit oculos mentemque deterret priusque plagam infligit, quam ille ad cauendum uel ad resistendum certe se praeparet. De exercitio Gnei Pompei Magni Sallustius memorat 'cum alacribus saltu, cum uelocibus cursu, cum ualidis uecte certabat'. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi seque et milites frequentibus exercitiis praeparasset ad proelia. X. Natandi usum aestiuis mensibus omnis aequaliter debet tiro condiscere. Non enim semper pontibus flumina transeuntur, sed et cedens et insequens natare cogitur frequenter exercitus. Saepe repentinis imbribus uel niuibus solent exundare torrentes, et ignorantia non solum ab hoste, sed etiam ab ipsis aquis discrimen incurrit. Ideoque Romani ueteres, quos tot bella et continuata pericula ad omnem rei militaris

Ad usum natandi exercendos tirones.

V. L. 3 uſuſ] uſu *Π* 4 alacriter] celeriter *Π* 5 utque *fragm. Eins.* [terga c.] P_1 terga incurrant P_2 *(in margine)* 8 poſſint *O* poſſit *uulgo.* 11 perſtringit *εDP* mentem[que] d. *Π* 13 de exercitatione *Π* [Gnei] *ε* ſaluſtiuſ *μπ' fr. Eins.* 16 ſeque et militeſ] ſe et ſuoſ militeſ *QP* ſe et m. A_2D ſeque m. *V* Cap. X. *Inscriptio abest a fragm. Eins.* 20 et ≡ ≡ cedenſ et ſubſequenſ *V* et inc. et ſubſ. *D* 24 continua *δ*

S. L. 1 adſuaefaciendi *μ* maiorem (ē *AΠ*) *Aμ* 2 impetum *Aμ* in hoſtem] in hoſte *Π* 4 pergant] pergere et *Π* 5 conp̄hendant (-prae- *M*) *α'* comprehendant *Π* quo] quae *M* 9 demicationem *A* 13 magni ſ.] magniſ ſ. *A* Cap. X. 18 omniſ] om̄ſ A_1 22 ab hoſteſ ſed *α'*

erudiuerant artem, campum Martium uicinum Tiberi delegerunt, in quo iuuentus post exercitium armorum sudorem pulueremque dilueret ac lassitudinem cursus natandi labore deponeret. Non solum autem pedites sed et equites ipsosque equos uel lixas, quos galiarios uocant, ad natandum exercere percommodum est, ne quid imperitis, cum necessitas incumbit, eueniat.

Quemadmodum ad scuta uiminea uel ad palos antiqui exercebant tirones.

XI. Antiqui, sicut inuenitur in libris, hoc genere exercuere tirones. Scuta de uimine in modum cratium conrotundata texebant, ita ut duplum pondus cratis haberet, quam scutum publicum habere consueuit. Idemque clauas ligneas dupli aeque ponderis pro gladiis tironibus dabant. Eoque modo non tantum mane sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Palorum enim usus non solum militibus sed etiam gladiatoribus plurimum prodest. Nec umquam aut harena aut campus inuictum armis uirum probauit, nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum. A singulis autem tironibus singuli pali defigebantur in terram, ita ut nutare non possent et sex pedibus eminerent. Contra illum palum tamquam contra

V. L. 1 erudierunt *δ* tyberiſ elegerunt (*nisi mavis legere* tyberi ſelegerunt) *Π* tyberiſ delegerunt *Q* 3 deluerat *fragm. Eins.* del. *ex* dil. *corr. G* 4 [et] equiteſ *π'* 5 galiarioſ *scripsi* galearioſ *Isidor. Gloss.* (312 caloneſ galearii militum 313 Calonica); gallearioſ *fragm. Eins.* galliarioſ *π'* galliariaſ (gal. *MP*) *εP cf. infra* III, 6. '*Adscripsit Scriuerius e Glossis MStis* Kaloneſ, Galliae militum *emendatque* galearii *uel* Caculae militum *nec male: Sed cur non* Galiariae?' *Oudendorpius*

Cap. XI. 8 Antiquiſ inuenitur — exerceri *δ* 9 Scuta] ſic (*uocem* ſcuta *post* texebant *inserentes*) *QP* 10 crateſ *Π* 11 conſueuerat *Π Förster* itemque *π'* 12 clauaſ ligneaſ *εD* clau≡aſ lineaſ *V* clauuſ ligneuſ *Π* clauеſ ligneaſ *P* dupli aeque *Schwebelius* duplicique *Π* duplicíſ aeque *εδP* 18 Ad ſingulis *Π* 19 in terram] in terra *corr. ex* in terrã *Π* in terra *δ*

S. L 4 labore] -em *α*

Cap. XI. 9 im modum *Π* 10 conrotundata] conrutundata *α'* 11 puplicum *Π* 13 poſtmeridiẽ *Π* 16 harena] arena *A'* 18 defigibantur *M* 19 nutare] notare *α'* poſſent] poſſint *εP*

aduersarium tiro cum crate illa et claua uelut cum gladio se exercebat et scuto, ut nunc quasi caput aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur, interdum contenderet poplites et crura succidere, recederet adsultaret insiliret, quasi praesentem aduersarium, sic palum omni impetu, omni bellandi arte temptaret. In qua meditatione seruabatur illa cautela, ut ita tiro ad inferendum uulnus insurgeret, ne qua parte ipse pateret ad plagam. XII. Praeterea non caesim sed punctim ferire discebant. Nam caesim pugnantes non solum facile uicere sed etiam derisere Romani. Caesa enim, quouis impetu ueniat, non frequenter interficit, cum et armis uitalia defendantur et ossibus; at contra puncta duas uncias adacta mortalis est; necesse est enim, ut uitalia penetret quicquid inmergitur. Deinde, dum caesa infertur, brachium dextrum latusque nudatur; puncta autem tecto corpore infertur et aduersarium sauciat, antequam uideat. Ideoque ad dimicandum hoc praecipue genere usos constat esse Romanos; dupli autem ponderis illa cratis et claua ideo dabantur, ut, cum uera et leuiora tiro arma sumpsisset, uelut grauiore pondere liberatus securior alacriorque pugnaret. XIII. Praeterea illo exercitii genere, quod armaturam uocant et a campidoctoribus traditur, inbuendus est tiro; qui usus uel ex parte seruatur. Constat enim etiam nunc in omnibus

Non caesim sed punctim ferire docendos tirones.

Armaturam docendos tirones.

V. L. 1 ueluti δ 3 [a] lateribuſ δ *Oudendorpius* 4 ſuccideret π' recederet] accederet recederet *Stewech.* adſultaret] inſultaret δ [adſultaret] et *Gemoll* inſiliret et *uulgo* Cap. XII. 11 [enim] Π 15 latuſ[que] Π 16 tecta Q 18 duplicif δ duplici QP 19 crateſ Π Cap. XIII. 22 a campidoctoribuſ (*rasura corr. ex* a campiductoribuſ) Π *Förster* [a] campidoctoribuſ $\alpha\delta$ a primiſ doctoribuſ QP 23 [uel] QP

S. L. 2 ut] et μP_1 4 inſiliret] inſileret ε 7 cautella A Cap. XII. 10 caeſim pugnanteſ] caeſim ſed pugnanteſ α uicere] uincere εP 12 interficit] interfecit A 13 at] ad α' untiaſ M 14 immergitur Π 17 demicandum M 20 leuiora] leniora μ Cap. XIII. 23 campidoct.] capidoct. M imbuenduſ Π

proeliis armatur*as* melius pugnare quam ceteros. Ex quo intellegi debet, quantum exercitatus miles inexercitato sit melior, cum armaturae utcumque eruditi reliquos contubernales suos bellandi arte praecedant. Ita autem seuere apud maiores exercitii disciplina seruata est, ut et docto- 5 res armorum duplis remunerarentur annonis et milites, qui parum in illa prolusione profecerant, pro frumento hordeum cogerentur accipere, nec ante eis in tritico redderetur annona, quam sub praesentia praefecti legionis, tribunorum uel principiorum experimentis datis osten- 10 dissent se omnia, quae erant in militari arte, conplere. Nihil enim neque firmius neque felicius neque laudabilius est republica, in qua abundant milites eruditi. Non enim uestium nitor uel auri argenti gemmarumque copiae hostes aut ad reuerentiam nostram aut ad gratiam inclinant, sed 15 solo terrore subiguntur armorum. Deinde in aliis rebus, sicut ait Cato, si quid erratum est, potest pŏstmodum corrigi; proeliorum delicta emendationem non recipiunt, cum poena statim sequatur errorem; nam aut confestim pereunt qui ignaue imperiteque pugnauerint aut in fugam 20 versi victoribus ultra pares esse non audent. XIIII. Sed

Tirones exercendos ad missibilia iacienda.

V. L. 1 armaturaſ melius pugnare quam ceteroſ *Oud.* armatura (armaturã P_1) meliuſ pugnare quam ceteroſ εP_1 armaturoſ meliuſ pugnare quam ceteroſ Π armaturiſ meliuſ pugnare quam ceteriſ δ armaturaſ meliuſ pugnari quam ceteriſ P_2 armatura meliuſ pugnare Romanoſ quam ceteroſ *Korttianus 3 probante Korttio* armaturam m. pugnare q. ceteroſ *uulgo* ante *Stew.* armaturiſ m. pugnari q. ceteriſ *St. Scr. Schw.* 3 armatura *uulgo* 5 ſeruanda eſt *GQP* 6 dupliſ] duplicibuſ εP remunerarentur] ſe munirentur Π 7 proficerent *G* 9 legionib; εP 10 principium ΠP *Giss.* 11 complecti *V* complesse *uulgo* 12 neque laudabiliuſ neque feliciuſ π' 15 [aut] *Q* [ad] *M* noſtram] nr̃ã *corr. a 2* in ur̃ã Π 16 ſubiciuntur δ 19 Nam [a.] confeſtim *Q* aut enim c. *uulgo*

S. L. 1 preliiſ Π 2 intellegit Π 6 anoniſ A_1 7 profecerant] proficerant $A\mu P$ 11 complere Π 12 laudabiliuſ] laudabilib; A_1 13 habundant A' 14 nitor] nicor A_1 19 pena Π

ad inceptum reuertor. Tiro, qui cum claua exercetur ad palum, hastilia quoque ponderis grauioris, quam uera futura sunt iacula, aduersum illum palum tamquam aduersum hominem iactare conpellitur. In qua re armorum doctor adtendit, ut magnis viribus hastile contorqueat, ut destinato ictu uel in palum uel iuxta dirigat missile. Eo enim exercitio et lacertis robur adcrescit et iaculandi peritia atque usus adquiritur. XV. Sed prope tertia uel quarta pars iuniorum, quae aptior potuerit reperiri, arcubus ligneis sagittisque lusoriis illos ipsos exercenda est semper ad palos. Et doctores ad hanc rem artifices eligendi, et maior adhibenda sollertia, ut arcum scienter teneant, ut fortiter inpleant, ut sinistra fixa sit, ut dextra cum ratione ducatur, ut ad illud, quod feriundum est, oculus pariter animusque consentiat, ut, siue in equo siue in terra, rectum sagittare doceantur. Quam artem et disci opus est diligenter et cotidiano usu exercitioque seruari. Quantum autem utilitatis boni sagittarii in proeliis habeant, et Cato in libris de disciplina militari euidenter ostendit, et Claudius pluribus iaculatoribus institutis atque perdoctis hostem, cui prius inpar fuerat, superauit. Africanus quidem Scipio,

Sagittis diligenter tirones inbuendos.

V. L. Cap. XIIII. 1 inceptum] incoeptum δ cęptum Π 3 aduerſuſ Π aduerſuſ Π 6 iactu V eo] et A' 8 inquiritur MQ Cap. XV. 10 [ligneiſ] R. M. *suspicatur* illoſ ipſoſ] [illoſ] ipſoſ Π [illoſ ipſoſ] Q ad illoſ ipſ. *uulgo* [ad] *uulgo* 11 Et doctoreſ δ et doctoſ Π at doctoreſ GP ad doctoreſ α' et ad doctoreſ Q ac doctoreſ *uulgo;* doctiores *pro* doctores *proponitur nota marginali Schw. ed. exempli quod extat in bibliotheca publica Carlsruhensi* 12 ſcienteſ ε teneat Π et fortiter δ 13 [ut f. impleant] R. M. impleat Π et dextra P 14 feriendum μπ 15 conſentiant Q erectum δ 16 doceantur *Schwebelii 'quidam libri'* doceatur Q doceat απ 17 ſeruare (-e *corr. in* i V) δ 18 ſagittarii in uſuſ proeliiſ Q in libriſ] in libro *Giss.* 20 cui priuſ] cum p. Π

S. L. Cap. XIIII. 2 quam | que Π 4 compellitur Π 5 attendit Π aſtile *(ex* aſtele *corr. Q)* μ 7 accreſcit Π 8 acquiritur Π Cap. XV. 9 repperiri εΠ 10 luſoribiſ M 11 elegendi A 12 ſolertia μ impleant Π 14 oculuſ] oculoſ A_1 15 in equo] in equoſ α' 17 cottidiano μ 18 praeliiſ Π 20 oſtē Π 21 impar Π affricanuſ M afriganuſ A_1

cum aduersum Numantinos, qui exercitus populi Romani sub iugum miserant, esset acie certaturus, aliter se superiorem futurum esse non credidit, nisi in omnibus centuriis lectos sagittarios miscuisset. XVI. Ad lapides uero uel manibus uel fundis iaciendos exerceri diligenter conuenit iuniores. Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores et inuenisse et ita perite exercuisse dicuntur, ut matres paruos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent. Saepe enim aduersum bellatores cassidibus catafractis [loricis]que munitos teretes lapides de funda uel fustibalo destinati sagittis sunt omnibus grauiores, cum membris integris letale tamen uulnus importent et sine inuidia sanguinis hostis lapidis ictu intereat. In omnibus autem ueterum proeliis funditores militasse nullus ignorat. Quae res ideo ab uniuersis tironibus frequenti exercitio discenda est, quia fundam portare nullus est labor. Et interdum euenit, ut in lapidosis locis conflictus habeatur, ut mons sit aliquis defendendus aut collis, ut ab obpugnatione castellorum siue ciuitatum lapidibus barbari fundisque pellendi sint. XVII. Plumbatarum quoque exercitatio, quos mattiobar-

Ad iactandos lapides fundis exercendos tirones.

De exercitio plumbatarum.

V. L. 1 aduerſuſ π exercituſ] -um *uulgo* biſ exercitul *Eussner* 3 centuriiſ π' tenturiiſ A tentoriiſ GQP tento toriiſ M 4 miſcuiſſet] m. fundiſ *(petitum ex sequenti inscriptione)* δP Cap. XVI. 4 [uero] Π ue Q_1 5 exercere δ 6 fundarum enim uſum δP primum P 8 uti Π cibum carniſ Π 10 aduerſuſ Π [loricis] *Gemoll* 13 importent δP important Π inportant ε ſine inuidia ſanguiniſ $\alpha\delta P_1$ ſine uia ſanguiniſ QP_2 *Oudend.* ſine ſanguine Π 14 lapide ictuſ (hict. V) δP 17 uenit Q 18 ut] ut aut (per *addit* V) δP ut non Π ſit monſ Π aliquiſ] aliter quiſ Π 19 ut ab A' et ab $M\pi$' aut ab QP Cap. XVII. 21 exercitio QP quaſ δ mattiobarbuloſ $A\mu G_2\Pi$

S. L. 1 nummantinoſ A exercituſ] -oſ α' 2 ſub iugo Π certaturuſ] aertaturuſ A_1 Cap. XVI. 11 munitoſ] monitoſ α' deſtinati ſagittiſ] deſtinatiſ ſagittiſ α' 17 euenit] euenet A_1 19 obpugnatione] oppugn. $\mu\Pi$ 20 ſunt Π

bulos uocant, est tradenda iunioribus. Nam in Illyrico dudum duae legiones fuerunt, quae sena milia militum habuerunt, quae, quod his telis scienter utebantur et fortiter, Mattiobarbuli uocabantur. Per hos longo tempore
5 strenuissime constat omnia bella confecta, usque eo, ut Diocletianus et Maximianus, cum ad imperium peruenissent, pro merito uirtutis hos Mattiobarbulos Iouianos atque Herculianos censuerint appellandos eosque cunctis legionibus praetulisse doceantur. Quinos autem mattio-
10 barbulos insertos scutis portare consuerunt, quos si oportune milites iactent, prope sagittariorum scutati imitari uidentur officium. Nam hostes equosque consauciant, priusquam non modo ad manum sed ad ictum missibilium potuerit per-
Quemadmodum ad ascendendos equos tirones exercendi sint.
ueniri. XVIII. Non tantum autem a tironibus, sed etiam ab stipendiosis militibus salitio equorum districte est semper exacta. Quem usum usque ad hanc aetatem, licet iam cum dissimulatione, peruenisse manifestum est. Equi lignei hieme sub tecto, aestate ponebantur in campo; supra hos iuniores primo inermes, dum consuetudo proficeret,
20 deinde armati cogebantur ascendere. Tantaque cura erat,

V. L. *Böcking N. d. p. 192* matiobabulus G_1 martiobarbulos δP mattibalos *uult Carolus de Aquino* ματζοβ. *Rigalt. gloss. sub uoce* σαλίβα, *contra* μαρτζοβ. *Meurs. gloss. cf. etiam Turnebi A. 24, 12* 1 in Illyria Q 3 scientes AQ 4 mattiobarbuli *(rasura ex* martiobarbuli, *nisi fallor, corr. Π)* $\alpha\Pi$ mattiobarboli Q mattiobarbuli *corr. in* martiob. P martiobarb. δ 7 mathiobarbulos G martiob. δP iouianos] iouian$^{os\,2}$ G iouinianos P 8 dioclitianos Π 9 docerentur A_2 *in l. er.* martiob. δ barbulos P 10 in scutis δ consueuerunt GQ consueuerant δP 11 iactent $\mu\pi$' iacent A iaciunt GP imit.] mutuari *uulgo* 13 missilium ΠP potuerint QP Cap. XVIII. 15 a stip. δ districta Π 16 exacta] exercenda δP 17 equi] Tunc equi Q 18 supra] super *uulgo* 19 consuetudine proficerent *uulgo* 20 d.] demum *uulgo* cog.] agebantur MQ

S. L. Cap. XVII. 3 his telis] histelis (histelis G) A' in stelis M 5 istrenuissime A_1 6 dioclicianus M dioclitianus Π 7 iobianos α' 11 immitari M inmitari Q 13 ad manu Π Cap. XVIII. 15 ab stip.] abistip. A ad stip. Π 16 aetatem] aetate Π 19 inhermes A'

ut non solum a dextris sed etiam a sinistris partibus et insilire et desilire condiscerent, euaginatos etiam gladios uel contos tenentes. Hoc item adsidua meditatione faciebant, scilicet ut in tumultu proelii sine mora ascenderent qui tam studiose exercebantur in pace. XVIIII. Pondus quoque baiulare usque ad LX libras et iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas inminet annonam pariter et arma portandi. Nec hoc credatur esse difficile, si usus accesserit; nihil enim est, quod non adsidua meditatio facillimum reddat. [Quam rem antiquos milites factitauisse Vergilio ipso teste cognoscimus, qui ait

Ad portandum pondus exercendos tirones.

'Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce uiam cum carpit, et hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.']

XX. Locus exigit, ut, quo armorum genere uel instruendi uel muniendi sint tirones, referre temptemus. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est;

Quo armorum genere usi sint antiqui.

V. L. 2 [insil. et] *P* desilire] desidere G_1 3 hoc item *Lang* hoc idem *π'* hoc enim *εP* 4 scilicet et in *α* Cap. XVIIII. 6 sexaginta *μπ* 12 uergilio *A* uirgilio *MGQπ* cognoscimus *ΠA₂ Giss.* cognosci *α'* cognosce *G* cognoscitur *Q* cognouimus *δP* potest cognosci *Ed. Col. Totum comma,* quam — castris, *quin spurium sit, uix dubium est cf.* I 5. 13 Non secus etc.] *Verg. Georg. III 346—48* quom *Verg. (Ribbeck) secundum cod. F'* 14 hoste *μ* hostem *δP cod. Verg.* M_1 c_1 15 expectatum *δP Vergilius* expectatus *A' Π* expectatis *μ* [in] *V* agmine *εΠVP Vergil. cod. FMRybc et Arusiani* agmina *Vergil. secundum cod. P* acie *D*

S. L. 2 insilire] insilere *A'* desilere *Aμ* 3 assidua *Π* 4 tumulto *α'Π* proelii sine mora] proeliis *lacuna unius litterae* ne mora *M* praelii s m. *Π* 4 ascenderant *corr. in* ascenderent *(a 1?) A* 5 qui] quam *M* stutiose *M* Cap. XVIIII. 5 Pondos *M* 7 frequentantissime *Π* 8 imminet *Π* 10 assidua *Π* 13 patriis acer] patriis sacer *A* romanus] -os A_1

Cap. XX. 18 hac] ac *Π* penitus] poenitus *A* deleta] delecta *M*

nam licet exemplo Gothorum et Alanorum Hunnorumque equitum arma profecerint, pedites constat esse nudatos. Ab urbe enim condita usque ad tempus diui Gratiani et catafractis et galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interueniente neglegentia desidiaque cessaret, grauia uideri arma coeperunt, quae raro milites induebant; itaque ab imperatore postulant primo catafractas, deinde cassides †sedere refundere. Sic detectis pectoribus et capitibus congressi contra Gothos milites nostri multitudine sagittariorum saepe deleti sunt; nec post tot clades, quae usque ad tantarum urbium excidia peruenerunt, cuiquam curae fuit uel catafractas uel galeas pedestribus reddere. Ita fit, ut non de pugna sed de fuga cogitent qui in acie nudi exponuntur ad vulnera. Quid enim pedes sagittarius sine catafracta, sine galea, qui cum arcu scutum tenere non potest, faciat? Quid ipsi draconarii atque signiferi, qui sinistra manu hastas gubernant, in proelio facient, quorum et capita nuda constant et pectora? Sed grauis pediti lorica uidetur et galea fortasse raro meditanti, fortasse arma raro tractanti; ceterum cotidianus

V. L. Cap. XX. 1 halanorum *V* honnorum *M* chunorum *A'* hunorum *QDP* humnnorum *V* 6 raro] raro utique *P prob. Oudend.* poſtulant] *O; Scriuer. memorat uarias lectiones* poſtulabant *et* poſtulatum 8 ſedere refundere *A* ſedere fundere *MG* ſe deponere QP_2 *(in l. er. latiore)* ſe debere fundere *π' et fortasse* P_1 reponere *Barberinus* refundere (*antecedente* poſtulatum) *Schwebel.* ſede reponere *Oudend. qui etiam de* cassides de aere refundere *cogitauit* ſe debere refundere *Otto* debere (*uel* decere) refundi *E. Wölfflin* 15 pedeſtriſ ſag. *δP* 18 faciant *Aδ* conſtat *α'Q* conſtant nuda et pecora. Sed gra] *ita desinit V fol. 6; sequens fol. excidit.* 20 fortaſſe raro meditanti fortaſſe arma raro (raro arma *Π*) tractanti *AGPΠ* f. r. m. f. raro arma tractanti (i. *in l. er. Q*) *μ* f. raro a. tractanti f. raro meditanti *D*

S. L. 1 ghothorum *A'* 2 profecerint] proficerint *Aμ* 4 catafractiſ] artafr. *M* 5 negligentia *A'* 6 caeperunt *Π* 7 ab] ad *A* 11 excidia] et excidia A_1 12 cuiquam] et cuiquam *α* 14 cogitent] cogitant A_1 16 arcu] arcũ *Π* ſcutum] ſcutu *M* 18 praelio *Π* 20 cottidianuſ *M*

usus non laborat, etiam si onerosa gestauerit. Sed illi, qui laborem in portandis ueteribus munimentis armorum ferre non possunt, detectis corporibus et uulnera sustinere coguntur et mortes et, quod est grauius, aut capi aut certe fuga rempublicam prodere. Sic dum exercitium laboremque declinant, cum maximo dedecore trucidantur ut pecudes. Vnde enim apud antiquos murus dicebatur pedestris exercitus, nisi quod pilatae legiones praeter scuta etiam catafractis galeisque fulgebant? usque eo, ut sagittarii sinistra brachia manicis munirentur, pedites autem scutati praeter catafractas et galeas etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. Sic erant muniti illi, qui in prima acie pugnantes principes, in secunda hastati, in tertia triarii vocabantur. Sed triarii genibus positis solebant intra scuta subsidere, ne stantes uulnerarentur uenientibus telis et, cum necessitas postulasset, tamquam requieti uehementius inuaderent hostes, a quibus constat saepe factam esse uictoriam, cum hastati illi et qui priores steterant interissent. Erant tamen apud ueteres inter pedites qui dicebantur leuis armaturae, funditores et ferentarii, qui praecipue in cornibus locabantur et a quibus pugnandi sumebatur exordium; sed hi et uelocissimi et exercitatissimi legebantur; nec erant admodum multi, qui cedentes, si proelii necessitas conpulisset, inter principia legionum recipi solebant, ita ut acies inmota consisteret. Vsque ad praesentem prope aetatem consuetudo permansit, ut omnes milites pilleis, quos Pannonicos uoca-

---

V. L. 1 geſtauerint *P* 4 grauius et turpius *uulgo* 5 fugere (fugire *M*) rempb. *α* fugere et r. *QP*, exercitia *π'* 11 ferreaſ et ereaſ ocreaſ *Π* 15 inter ſcuta *DPG* 17 [a] quibuſ *ε* 19 t.] autem *uulgo* 20 armatura *suspicor* 22 hi et] hi [et] *QD* et hi *P* 24 et inter *Q* 26 prope] quoque *P* 27 uocant *π'*

S. L. 1 honeroſa *εP* 2 munimentiſ] monimentiſ *Π* 3 ſuſtenere *A'* 4 morteſ] arteſ *M* 7 aput *A* muruſ] muroſ *A'* 11 ferreaſ ſocreaſ *A* 18 aſtati *Π* 19 aput *A'* (ap̄ *M*) 20 pedeteſ *M* 22 hii *A* 24 compuliſſet *Π* 25 immota *Π* 27 pilleiſ] pelleiſ *μP*

bant, ex pellibus uterentur; quod propterea seruabatur, ne grauis galea uideretur in proelio homini, qui gestabat aliquid semper in capite. Missilibus autem quibus utebatur pedestris exercitus, pila vocabantur, ferro subtili trigono praefixa unciarum nouem siue pedali, quod in scuto fixum non possit abscidi et loricam scienter ac fortiter directum facile perrumpit, cuius generis apud nos iam rara sunt tela. Barbari autem scutati pedites his praecipue utuntur, quas bebras uocant, et binas etiam ac ternas in proeliis portant. Sciendum praeterea, cum missilibus agitur, sinistros pedes in ante milites habere debere; ita enim vibrandis spiculis uehementior ictus est. Sed cum ad pila, ut appellant, uenitur et manu ad manum gladiis pugnatur, tunc dextros pedes in ante milites habere debent, ut et latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint uulnus accipere et proximior dextra sit, quae plagam possit inferre. Instruendos igitur ac protegendos omni antiquo armorum genere constat esse tirones. Necesse est enim, ut dimicandi acriorem sumat audaciam qui munito capite uel pectore non timet uulnus.

De munitione castrorum.

XXI. Castrorum quoque munitionem debet tiro con-

V. L. 3 miſſilia *Π Giss.* miſſileſ *D* [autem] *P* 5 [ſiue pedali] *Q* ſine pedali *Scriuerius* ſemiſ et v pedum (h)aſtili *Oudend.* quod in ſcutũ fixo *A'* quod in ſcutum fixum *Q* quae i. ſcuto fixa *uulgo* 6 poteſt *δP* poſſent *uulgo* abſcindi *uulgo* 9 [et] binaſ *Q* 10 Sciendum eſt p. *P* 12 a pila *Q* ad pilã *απ* 13 manu ad manũ *Q* manũ (manũ *Π*) ad manũ *α'ΠPD* 16 proximior] *ob hanc formam Priscianus hunc locum laudat (uid. praefat.)* 17 omni antiquo armorum genere *Π* omni antiquorum genere *ε* omni arte pugnandi quocumque armorum genere *D* omni arte p. quocumque genere armorum antiquorum *P*

S. L. 1 ne grauiſ] nec grauiſ *α* ne grabiſ *Π* 2 gallea *A* homini qui] hominiq. *M* 5 untiarum *MG* 6 luricam *M* 11 bibrandiſ *Π* 12 appellant] adpellant *α'* 16 poſſit] poſſet *μ* praeliiſ *Π* 19 audatiam *Aμ* 20 uulnoſ *A*

Cap. XXI. 21 munitionem] -e *Π*

discere; nihil enim neque tam salutare neque tam necessarium inuenitur in bello; quippe, si recte constituta sunt castra, ita intra uallum securi milites dies noctesque peragunt, etiam si hostis obsideat, quasi muratam ciuitatem uideantur secum ubique portare. Sed huius rei scientia 5 prorsus intercidit; nemo enim iam diu ductis fossis praefixisque sudibus castra constituit. Sic diurno uel nocturno superuentu equitum barbarorum multos exercitus scimus frequenter adflictos. Non solum autem considentes sine castris ista patiuntur, sed cum in acie casu aliquo coepe- 10 rint cedere, munimenta castrorum, quo se recipiant, non habent et more animalium inulti cadunt, nec prius moriundi finis fit, quam hostibus uoluntas defuerit persequendi.

In qualibus locis constituenda sint castra.

XXII. Castra autem, praesertim hoste uicino, tuto semper facienda sunt loco, ut lignorum et pabuli et aquae suppetat copia, et, si diutius conmorandum sit, loci salubritas eligatur. Cauendum etiam, ne mons sit uicinus aut *collis* altior, qui ab aduersariis captus possit officere. Considerandum, ne torrentibus inundari consueuerit campus et hoc casu uim patiatur exercitus. Pro numero autem militum 20 uel inpedimentorum munienda sunt castra, ne maior multitudo constipetur in paruis neue paucitas in latioribus ultra quam oportet cogatur extendi.

Quali specie castra deliniandа sint.

XXIII. Interdum autem quadrata, interdum trigona, interdum semirotunda,

---

V. L. Cap. XXI. 9 confidentes *QP* 12 inulti *Π Förster* multi *εδ* multi *corr. in* inulti *P* moriendi *μDP* 13 hostibus] hostilis *Π* Cap. XXII. 15 loco (loca *Π*) ut *ΠD,G in l. er.* [loco] ut cum *α'* loco ubi *QP* l. ubi et *uulgo* 17 eligetur *uulgo* uicinus aut collis altior *Eussner* uicinus aut altior *αΠ* uicinius aut altior *M* uicinior aut altior *Q* uicinior aut latior *P* uicinus altior *uulgo ante Schw.* uicinus et altior *Schw.* 18 quia ab adu. *Q* considerandum *εΠ* c. est *DP* c. etiam *uulgo* considerandumque? 21 munienda] eligenda uel m. *D* 22 neue] neque *D*

S. L. 3 uallum] ballum *A* bellum *μ* 5 scientia] scientiã *Π* 7 subdibus *Π* 8 exercitus] exercitos *α'* 9 afflictos *Π* 10 coeperint] ceperit *Π* 11 munimenta] monimenta *α* Cap. XXII. 16 commorandum *Π* 18 obficere *G* 20 paciatur *α'* 21 impedimentorum *Π* Cap. XXIII. 24 semirotonda *A*.

prout loci qualitas aut necessitas postulauerit, castra facienda sunt. Porta autem, quae appellatur praetoria, aut orientem spectare debet aut illum locum, qui ad hostes respicit, aut, si iter agitur, illam partem debet adtendere, ad quam est profecturus exercitus, intra quam primae centuriae, hoc est cohortes, papiliones tendunt et dracones et signa constituunt. Decumana autem porta, quae appellatur, post praetorium est, per quam delinquentes milites educuntur ad poenam.

Quo genere munienda sint castra.

XXIIII. Castrorum autem diuersa triplexque munitio est. Nam si nimia necessitas non premit, caespites circumciduntur e terra et ex his uelut murus instruitur, altus tribus pedibus supra terram, ita ut in ante sit fossa, de qua leuati sunt caespites; deinde tumultuaria fossa fit lata pedes nouem et alta pedes VII. Sed ubi uis acrior inminet hostium, tunc legitima fossa ambitum conuenit munire castrorum, ita ut XII pedes lata sit et alta sub linea, sicut appellant, pedes nouem. Supra autem saepibus hinc inde factis, quae de fossa leuata fuerit, terra congeritur et crescit in altum IIII pedes. Sic fit, ut sit XIII alta et XII lata; supra quam sudes de lignis fortissimis, quas milites portare consueuerunt, praefiguntur. Ad quod opus ligones rastra qualos aliaque utensilium genera habere conuenit semper in promptu.

Quemadmodum munienda sint castra, cum hostis inminet.

XXV. Sed facile est absentibus aduersariis castra munire, uerum, si hostis incum-

---

V. L. Cap. XXIII. 2 porta [autem] *Π* 6 papilionesſ tendunt] *ab his uerbis fol. 7 cod. V incipit* 9 poenaſ *Π*
Cap. XXIIII. *hoc caput inscriptione caret praecedentique continuo adnectitur in QP* 9 [diu.] triplex[que] *Q* 11 hiſ] illiſ *uulgo* 13 ſint *uulgo* 14 [et] alta *μΠ* 15 hoſtiſ *Q* *omnes numeros huius capitis litt. expr. M* 16 duodecim pedibuſ [lata ſit] *Π* 18 leuata] egeſta *Π* 19 ut [ſit] *G* XIII (tred. *μ*) [p.] alta *ε*; tredecim pedibuſ alta *π* 21 conſueuerant *εδP* 22 raſtra] ruſtra *Π* rutra *St. Schw.* palaſ rutra *Oudend.* qualoſ] paloſ *π'* haberi *μΠ*

S. L. 2 praeturia *A* 3 reſpicit] -cet A_1 4 illam] illa *Π* attendere *Π* 5 centuriae] tenturiae *A* tentoriae *μ* apiloneſ *α'* 7 praeturium *A* Cap. XXIIII. 14 agrior *α'* 15 imminet *Π* 17 ſaepibuſ] ſepiuſ *Π* 18 fuerit] fuerint *α'*

bat, tunc omnes equites et media pars peditum ad propulsandum impetum ordinantur in acie, reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra, et per praeconem indicatur, quae centuria prima, quae secunda, quae tertia opus omne compleuerit. Post hoc a centurionibus fossa inspicitur ac mensuratur et uindicatur in eos, qui neglegentius fuerint operati. Ad hunc ergo usum instituendus est tiro, ut, cum necessitas postulauerit, sine perturbatione et celeriter et caute castra possit munire.

Quemadmodum exerceantur tirones, ut in acie ordines et interualla custodiant.

XXVI. Nihil magis prodesse constat in pugna, quam ut adsiduo exercitio milites in acie dispositos ordines seruent necubi contra quam expedit aut conglobent agmen aut laxent. Nam et constipati perdunt spatia pugnandi et sibi inuicem inpedimento sunt, et rariores atque interlucentes aditum perrumpendi hostibus praestant. Necesse est autem statim metu uniuersa confundi, si intercisa acie ad dimicantium terga hostis accesserit. Producendi ergo tirones sunt semper ad campum et secundum matriculae ordinem in aciem dirigendi, ita ut primo simplex et extenta sit acies, ne quos sinus, ne quas habeat curuaturas, ut aequali legitimoque spatio miles distet a milite. Tunc praecipiendum, ut subito duplicent aciem, ita ut in ipso impetu is, ad quem respondere solent, ordo seruetur. Tertio praecipien-

---

V. L. Cap. XXV. 1 media] dimidia *Eussner* 4 tentoria εP compleuerint Q compleant *cum cod. Vossiano Oudend.* 7 inſtituenduſ] inſtruenduſ Π, *ut ipse correxisse uideatur librarius* 8 celeriter [et caute] ε 9 poſſint ε

Cap. XXVI. *Inscriptio abest a* P_1, *sed et in hoc codice et in* ε *caput ab his uerbis ad inscriptionem pertinentibus incipit:* Vt (Aut α) in acie ordineſ et interualla cuſtodiant. 13 laſſent Π et conſtip. — et rarioreſ ε et conſtip. — ita rar. δ ut conſtip. — ita rar. ΠP perdent G_1 15 praeſtant] dabunt δP 16 in acie δP 19 ſimplex et extenta Π simplex [et] extenſa $\varepsilon\delta P$ 22 iſ ad π eſſe ad α [iſ] ad Q

S. L. Cap. XXV. 4 compleuerit Π 5 ac] hac M 6 neglegentiuſ] -entiaſ $A\mu$ 8 poſtolauerit M

Cap. XXVI. 11 aſſiduo Π 13 ſpatia] ſpacia α 14 impedimento Π 19 ſimpex M 21 a militae M

dum, ut quadratam aciem repente constituant, quo facto in trigonum, quem cuneum uocant, acies ipsa mutanda est. Quae ordinatio plurimum prodesse consueuit in bello. Iubetur etiam, ut instruant orbes, quo genere, cum uis hostium interruperit aciem, resisti ab exercitatis militibus consueuit, ne omnis multitudo fundatur in fugam et graue discrimen immineat. Haec si iuniores adsidua meditatione perceperint, facilius in ipsa dimicatione seruabunt. XXVII. Praeterea et uetus consuetudo permansit et diui Augusti atque Hadriani constitutionibus praecauetur, ut ter in mense tam equites quam pedites educantur ambulatum; hoc enim uerbo hoc exercitii genus nominant. Decem milia passuum armati instructique omnibus telis pedites militari gradu ire ac redire iubebantur in castra, ita ut aliquam itineris partem cursu alacriore conficerent. Equites quoque diuisi per turmas armatique similiter tantum itineris peragebant, ita ut ad equestrem meditationem interdum sequantur interdum cedant et recursu quodam impetus reparent. Non solum autem in campis, sed etiam in cliuosis et arduis locis et descendere et ascendere utraque acies cogebatur, ut nulla res, uel casu prorsus, pugnantibus posset

Quantum spatium ire *ac* redire debeant uel quotiens in mense exerceri, cum educuntur milites ambulatum.

V. L. 1 ut quadrata (quadrata ≡ *G*) acieſ rep. conſtituatur *Gδ* 2 mutanda] diſponenda *Q* 6 omñſ (i. e. omneſ) *α'Q* fundatur *ΠQP* fundantur *α'* fugetur *G* (*in quo ab altera manu superscriptum est:* ſ fundatur) *δ* 8 obſeruabunt *Q* Cap. XXVII. 10 in menſe educantur t. e. q. p. [e.] a. *Π* 11 ambulantum *G* 14 et aliquam *P* 15 alacriori *δ* 17 [ad] equeſtr. *P* ſequerentur *uulgo* 18 cederent *uulgo* impetuſ] in proeliiſ *Q Stewech.* reparent] ſe reparent *Q* repararent *uulgo* repedarent *Stewech. Schwebel.* temperent *Giss. Oudend.* recurſu, quodam impetu, ſeparent (*praeced.* ſequantur — cedant) *vel* retruſo equo quodam impetu, trepidarent (*nimirum praec.* ſequerentur — cederent) *Scriuer.* 21 caſu *μΠ* caſuſ *ita, ut* ſ

S. L. 1 quadratam aciem] qu. acie *M* 2 triconum *A* ipſa mutanda eſt] ipſam utanda eſt *A* 4 uiſ (ſ *a* 2 *ant. addit.; sic fere constanter*) *Π* 7 adſidua] aſſidua *AΠ* perciperint *μ* Cap. XXVII. 10 Adriani *O* ter] iter *εP* 11 educantur] ęducatur *A* 12 decim *A* 14 aliquam] ad equam *Π* 15 recurſu] recurſum *M* 18 impeduſ *M* 21 poſſet] poſſit *επ'*

accidere, quam non ante boni milites adsidua exercitatione didicissent.

[XXVIII.] Haec fidei ac deuotionis intuitu, imperator inuicte, de uniuersis auctoribus, qui rei militaris disciplinam litteris mandauerunt, in hunc libellum enucleata congessi, ut in dilectu atque exercitatione tironum si quis diligens uelit existere, ad antiquae uirtutis imitationem facile conroborare possit exercitum. Neque enim degenerauit in hominibus Martius calor nec effetae sunt terrae, quae Lacedaemonios, quae Athenienses, quae Marsos, quae Samnites, quae Pelignos, quae ipsos progenuere Romanos. Nonne Epiri armis plurimum aliquando ualuerunt? Nonne Macedones ac Thessali superatis Persis usque ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos autem et Moesos et Thracas in tantum bellicosos semper fuisse manifestum est, ut ipsum Martem fabulae apud eos natum esse confirment. Longum est, si uniuersarum prouinciarum uires enumerare contendam, cum omnes in Romani imperii dicione consistant. Sed longae securitas pacis homines partim ad delectationem

[De adhortatione rei militaris Romanaeque uirtutis.]

V. L. *alterum a 2 in loco correcto positum sit A* caſuſ *GδP uulgo* 1 accedere *εδ*

Cap. XXVIII. 6 delectu (*corr. in* dil. *P*) *δP* 8 degenerauit] degenerabit *Π* denegatur *δ* hominibuſ] omnibuſ *μ* 9 effetę *P* effete *ΠV* effecte *α'* defecte *Q* ĩfectae *G* infectae uel defectae *D* 12 epiri *επ'* epiri *corr. in* epirote *P* Epirotae *uulgo; cf.* IV, 31. *Cogitari potest de* epirii *(cf. Schuchardt Voc. des Vulg. II p. 505)* uel epir̃ = epirotae Epirotae Pyrrhi *Guilielmius (auctore Stewechio)* Epirei *Oudend.* 13 theſſali *QD* theſſalii *Π* theſali *V* teſſali *αP* 14 moeſoſ] meſoſ *V* myſoſ *Π* thracaſ *Π* tracaſ *V* tracoſ *D* thraceſ *QP* thrȩceſ *Bernensis* threaceſ *A'* threceſ *M* 19 longae *Aμ* longa *Π* longę^ua^ *G* longeua *δP*

S. L. Cap. XXVIII. 3 Haec] Nec *M* 6 dilectu] -o *Π* uelit] uellit *A* 7 inmitationem] *μ* corroborare *Π* 9 marciuſ *A* 11 proienuere *Π* prouintiarum *α'* 19 dilectationem *α'* delectatione *Π*

otii partim ad ciuilia transduxit officia. Ita cura exercitii militaris primo neglegentius agi, postea dissimulari, ad postremum olim in obliuionem perducta cognoscitur, nec aliquis hoc superiore aetate accidisse miretur, cum post primum Punicum bellum uiginti et quod excurrit annorum pax ita Romanos illos ubique uictores otiò et armorum desuetudine eneruauerit, ut secundo Punico bello Hannibali pares esse non possent. Tot itaque consulibus, tot ducibus, tot exercitibus amissis, tunc demum ad uictoriam peruenerunt, cum usum exercitiumque militare condiscere potuerunt. Semper ergo legendi et exercendi sunt iuniores. Vilius enim constat erudire armis suos quam alienos mercede conducere.

V. L. 2 [primo] *Π* ad poſtremum] ac poſtremum *P* ac poſtremo *δ* 5 uiginti et quod] quod biginti et treſ *Π* 6 [illoſ] *δ* 7 annibali *α'* 8 [tot ducibuſ] *Π* 9 tum *δ* 12 uiliuſ] utilibuſ *Q* utiliuſ *P*

Fl. (Flauii *G* flauii *D*) Vegati (Vegeti *μ* Vegetii *D*) Renati Vir (Viri *Gμ*) Inluſt (Ill. *D* IVĿ *Q*) epitoma (-th- *Q*) De Dilectu ([d. d.] *μ*) Atque (Antiqua *Q*) Exercitatione (Exercitione *Q*) Tyronum (Tir. *G* [tir.] *D*) Digeſta p Tituloſ Lib. I (primuſ *μ*) Expl. Incipit Liber Secunduſ (II *DG*) *εD* Flauii Vigetii Renati Viri Illuſtriſ Epithoma Antiqua Exercitatione Atque De Delectiſ Tyronum Digeſta Per Tituloſ. Liber Primuſ explicit. Incipiunt Capitula Libri Secundi *P* Flauii Vegetii Renati Viri Illuſtriſ Epitoma Primi Libri Explicit. Incipit Liber Secunduſ Feliciter. Incipiunt Capituli Libri Secundi *V* Explicit liber primuſ. Incipit liber ſecunduſ. Item capitula libri ſecundi *Π*

S. L. 2 neglegentiiſ *Π* 3 oblibionem *Π* 4 accediſſe *A* 7 bello] -i *Π* 8 poſſent] -int *ε* 9 ammiſſiſ *Π* 10 uſum] suum *Π* 12 conſtat] conſtant *Π*

LIBER II.

I. In quot genera diuidatur res militaris.
II. Quid inter legiones et auxilia intersit.
III. Quae causa exhauriri fecerit legiones.
IIII. Quotenas legiones antiqui ad bellum duxerint.
V. Quemadmodum legio constituatur. 5
VI. Quot cohortes in una sint legione, item quot milites in una cohorte sint.
VII. Nomina et gradus principiorum legionis.
VIII. Nomina eorum, qui antiquos ordines ducebant.
VIIII. De officio praefecti legionis. 10
X. De officio praefecti castrorum.
XI. De officio praefecti fabrorum.

Flauii Vegati (Vegeti *Gμ* Veg. *D*) Renati Vir (Viri *Q*) Inluſt. (Iul. *Q*) Comitiſ Epitoma (Epithoma *Q*) Inſtitutorum (Inſtituram *G*) Rei Militariſ De Commentariiſ (Comentariiſ *μ*) Traiani (Aug Traiani *μ*) Et Adriani Nec non Etiam Frontini aug. (Auguſtini G_1 Auguſti VII G_2 Auguſtorum *D* [aug] *μ*) Incipit Capitulatio. Liber Secunduſ (Incipit Cpſato Lib Sdi *G;* Incip Capitl Lib Secdi *Q;* [I. c. L. S.] *MD*) *εD Absunt haec omnia a ΠVP; ceterum uide quae ad finem praecedentis libri adnotauimus.*

1 quod *α* in quo genere *Pδ* 3 Qui *M* exauriri *εδ* 4 Quotaſ *Π* quotenaſ *Q ita, ut* en *in l. er. a. m. 2. script. sit P* duxerint *uulgo* duxer *O* 6 chohorteſ *Q* quod *α* [item—coh.] *om. ε* et quot militeſ in una cohorte ſint *partim in contextu partim in margine suo, ut uidetur, arbitrio adscripsit P* 9 duxerunt *δP* dixerunt *Π* 11 prefatio *corr. in* prefectio *M*

XII. De officio tribuni militum.
XIII. De centuriis atque uexillis peditum.
XIIII. De turmis equitum legionariorum.
XV. Quemadmodum legionum acies instruantur.
5 XVI. Quemadmodum triarii uel centuriones armentur.
XVII. Commissa pugna grauem armaturam stare pro muro.
[XVIII.] [Nomina militum et gradus in scutis eorum aduersis scribenda.]
10 XIX. Praeter corporis robur notarum uel computandi artem in tironibus eligendam.
XX. Donatiui partem dimidiam debent apud signa milites sequestrare seruandam ipsis.
XXI. In legione ita fieri promotiones, ut per omnes co-
15 hortes transeant qui promouentur.
XXII. Quid inter tubicines et cornicines et classicum intersit.
XXIII. De exercitatione militum.
XXIIII. Exempla adhortationum exercitii militaris de aliis
20 artibus tracta.
XXV. Enumeratio ferramentorum uel machinarum legionis.

---

2 peditum *hoc loco omittunt* ε 3 XIIII *om.* ε 8 aduerſiſ μ aduerſuſ *G* auerſiſ *Aπ* 10 Pret *corr. ex.* propter *Q* robor *Q* computandi] compotandi *Q* commutandi *M* 11 elegendam ε 12 aput *A* 13 ſeruandam ipſiſ *Π* ſeruandum ipſiſ PG_2 ſeruandum [i.] αδ [ſeru. i.] *Scriu.* 14 chohorteſ *Q* 19 adortationum μ adhort. et exercitii (*uel* exercitu) *P* 21 enumeratiſ *Π* perferramentorum *A'* machinorum α. *Denuo titulos a* XXII—XXV *addunt AG, ille hoc loco* ferramentorum *et* machinarum, *hic* ferram. *et* machinorum *praebentes. Item M, sed compluribus uerbis deprauatis* 22 *addunt* Expl capitula *AD* explicit capitula *G* Expliciunt capitula *V*

Sequenti prologo ΠD praemittunt 'Incipit praefatio libri ſecundi' *subiungitque D* 'ad Theodoſium Caeſarem Auguſtum Imperatorem' *In ceteris nil id genus apparet.*

Instituta maiorum partis armatae plenissime clementiam uestram peritissimeque retinere continuis declaratur uictoriis ac triumphis, siquidem indubitata adprobatio artis sit rerum semper effectus. Verum tranquillitas tua, imperator inuicte, altiori consilio, quam mens poterat terrena concipere, ex libris antiqua desiderat, cum ipsam antiquitatem factis recentibus antecedat. Igitur cum haec litteris breuiter conprehendere maiestati uestrae non tam discenda quam recognoscenda praeciperer, certauit saepius deuotio cum pudore. Quid enim audacius, quam domino ac principi generis humani, domitori omnium gentium barbararum, aliquid de usu ac disciplina insinuare bellorum, nisi forte iussisset fieri, quod ipse gessisset? et rursum tanti imperatoris non oboedire mandatis plenum sacrilegii uidebatur atque periculi. Miro itaque more in parendo audax factus sum, dum metuo uideri audacior, si negassem. Ad quam temeritatem praecedens me indulgentia uestrae perenni-

---

V. L. 1 [maiorum partiſ] *P* partiſ armatae] artiſ armaturae *uulgo* 5 altiore *P* poteſt *Π* t. p. *uulgo* [terrena] *P* 6 antiquorum *λ* 9 [re]cognoſcenda *Π* 11 domitori *Π* domitorio *A'* dominatori *μδP* barbarorum *ε* 12 niſi forte (fore *A'*) i. f. q. i. g. *αD* niſi forte quod ipſe iuſſiſſet fieri quod ipſe geſſiſſet *ΠV* quod non (in *Q*) iuſſiſſet fieri niſi forte quod ipſe geſſiſſet *λP* 13 et rurſũ *A* et rurſuſ *GμD* rurſuſ *ΠVP* 14 mandatiſ] preceptiſ *ΠV* 15 more *εΠ* modo *δP* timore *Modius* 16 ſi negaſſem *απ'* ſi neglexiſſem (necl. *L*) *λP* 17 indulgentia ueſtre perhennitatiſ *Π* *Förster* indulgentiae ueſtrae perennitaſ *εδP*

S. L. 3 triumfiſ *A'* 8 compreh. *Π* 9 deuocio *A* 10 audatiuſ *M* audatior *M* ac] hac *Π* 14 obedire *Π* 15 miro] miror *Π* in parendo] im parendo *Π* 17 temeritate *Π*

tatis animauit. Nam libellum de dilectu atque exercitatione tironum dudum tamquam famulus obtuli; non tamen culpatus abscessi. Nec formido iussus adgredi opus, quod spontaneum cessit inpune.

In quot genera diuidatur res militaris.

I. Res igitur militaris [, sicut Latinorum egregius auctor carminis sui testatur exordio, armis constat et uiris. Haec] in tres diuiditur partes, equites pedites classem. Equitum alae dicuntur ab eo, quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegunt acies; quae nunc uexillationes uocantur a uelo, quia uelis, hoc est flammulis, utuntur. Est et aliud genus equitum, qui legionarii uocantur propterea, quod conexi sunt legioni; ad quorum exemplum ocreati sunt equites instituti. Classis item duo genera sunt, unum liburnarum, aliud lusoriarum. Equitibus campi, classibus maria uel flumina, peditibus colles urbes plana et abrupta seruantur. Ex quo intellegitur magis reipublicae necessarios pedites, qui possunt ubique prodesse; et maior numerus militum [sumptu] expensa minore nutritur. Exercitus

---

V. L. 1 exercitatione] exercitio *ΠV* exercitione *Q* 3 formido iuſſuſ *α* formiduluſſuſ L_1 formidoluſſuſ L_2 formiduloſuſ *corr.* in formidoloſuſ *Q* formidoloſuſ *P* formido iuſſu *Π* formido iuſſũ *δ* quod] cũ *π* 4 ceſſit *Π* geſſit *Aμδ* geſſit *P* geſſi *G*

Cap. I. 5 [ſicut — uiriſ. Haec] *Gemoll* 6 uiriſ *ΠV* uiribuſ *εDP* 7 claſſem *π'* claſſeſ (claſſeſ) *A*) *A'P* claſſiſ *μ* 8 alae (ale *Π*) dicuntur *π* *Cincius apud Gell. XVI, 4, 6* (*Förster*) alaſ dicuntur *Aμ* alã dicuntur G_1 alii alareſ dic. *Modius Schweb.* 9 protegunt *Π* protegant *εδP* 10 abelo *corr.* in auelo *L* ab eo *GP* 12 connexi *G* 13 ſint *λ* claſſiſ *ΠD* claſſeſ *α'* claſſium (claſſũ Q_1) $λA_2$ claſſim *V* clauſiſ G_1 14 alium *α* 15 urbeſ] rupeſ *Korttianus 2* plana] plena *Π* 17 maiorum *ε* 18 [militum] *St.* peditum *uulg.* ſumptu expenſa (experſa *M*) *α'* ſumptuũ expenſa *G* ſumptuſ expenſa *δ* ſumptu expreſſo *λ* ſumptu et expenſa *Π* *uulgo* ſumptu *ut interpretamentum uncis inclusi*

S. L. 2 obtuli] optuli *MΠ* 4 impune *Π*

Cap. I. 9 uexillationeſ] exillationeſ *Π* 11 aliut A_1 15 abrubta A_1

ex re ipsa atque opere exercitii nomen accepit, ut ei numquam liceret obliuisci quod uocabatur. Verum ipsi pedites in duas diuisi sunt partes, hoc est in auxilia et legiones. Sed auxilia a sociis uel foederatis gentibus mittebantur; Romana autem uirtus praecipue in legionum ordinatione praepollet. Legio autem ab eligendo appellata est, quod uocabulum eorum desiderat fidem atque diligentiam, qui milites probant. In auxiliis minor, in legionibus longe amplior consueuit militum numerus adscribi. II. Denique Macedones Graeci Dardani phalangas habuerunt, ut in una phalange armatorum VIII milia censerentur. Galli atque Celtiberi pluresque barbarae nationes cateruis utebantur in proelio, in quibus erant sena milia armatorum. Romani legiones habent, in quibus singulis sena milia, interdum amplius militare consuerunt. Quid autem inter legiones et auxilia interesse uideatur, expediam. Auxiliares cum ducuntur ad proelium, ex diuersis locis, ex diuersis numeris uenientes, nec disciplina inter se nec notitia nec affectione consentiunt. Alia instituta, alius inter eos est usus armorum. Necesse est autem tardius ad uictoriam peruenire qui discrepant, antequam dimicent. Denique cum in expeditionibus plurimum prosit omnes milites unius praecepti signi-

Quid inter legiones et auxilia interesit.

V. L. 1 ex re ipſa] ex re in ipſa *Π* 2 liceat *Gδ* 3 [in auxilia et legioneſ. Sed] *ε* 4 uel] et *δ* 5 [uirtuſ] *Π*

Cap. II. 9 macedoneſ *EπG₂* macetioneſ G_1 actioneſ *Aμ* 10 phalangaſ *E* phalangeſ *Π* falangeſ *αδP* fallangeſ *μ* ut — cenſerentur *Eε* [ut] — cenſebantur *Π* et — cenſuerunt *δP* 11 phalange *Π* falange *εDP* phalanga *E* falanga *V* 12 barbarae *Eπ* barbaricae *ε* proelio] proelia *A* 16 cum d.] conducuntur *uulgo* 17 ex diuerſiſ lociſ ex diu. numeriſ *A'Π* ex diu. lociſ et diu. num. *δP* [ex diu. l.] ex diuerſiſ numeriſ *μ* 18 diſcipline — notitiae — affectioni *λ* inter [ſe] *Π* conſentiunt] conſiſtunt *VP* 19 alia] talia *α* inter talia *λ*

S. L. 4 federatiſ *Π* 6 elegendo *ε* appellata] appellanda *ε*

Cap. II. 11 galli] gallii *α* 12 plureſ] pluriſ A_1 caterbiſ A_1 praelio *E* 16 expediam] expediat *M* 18 diſciplina] diſciplinam *α* (notitiam — affectionem *G*) 21 demi cent A_1 22 praecepti ſ.] praeceptiſ ſ. *Π*

ficatione conuerti, non possunt aequaliter iussa conplere qui ante pariter non fuerunt. Tamen haec ipsa si sollemnibus diuersisque exercitiis prope cotidie roborentur, non mediocriter iuuant. Nam legionibus semper auxilia tam-
5 quam leuis armatura in acie iungebantur, ut in his proeliandi magis adminiculum esset quam principale subsidium. Legio autem propriis cohortibus plena cum grauem armaturam, hoc est principes hastatos triarios antesignanos, item leuem armaturam, hoc est ferentarios sagittarios funditores
10 ballistarios, cum proprios et sibi insitos equites legionarios isdem matriculis teneat, cum uno animo parique consensu castra muniat, aciem instruat, proelium gerat, ex omni parte perfecta, nullo extrinsecus indigens adiumento, quantamlibet hostium multitudinem superare consueuit. Documen-
15 tum est magnitudo Romana, quae semper cum legionibus dimicans tantum hostium uicit, quantum uel ipsa uoluit uel rerum natura permisit. III. Legionum nomen in exercitu permanet hodieque, sed per neglegentiam superiorum temporum robur infractum est, cum uirtutis prae-
20 mia occuparet ambitio et per gratiam promouerentur milites, qui promoueri consueuerant per laborem. Deinde contubernalibus conpletis stipendiis per testimoniales ex more dimissis non sunt alii substituti. Praeterea necesse est ali-

Quae causa exhauriri fecerit legiones.

V. L. 2 fuerunt] fuerint *Π* fecerunt *Lange (Hygin. Grom. p. 129)* ſollemnibuſ *Π* ſolemnibuſ *MGP* ſolempnibuſ *Aλ* ſollempnibuſ *D* ſolam omnibuſ *V* 8 [principeſ — hoc eſt] *εP* 9 ferentarioſ] anteferentarioſ *π'* 10 balliſtarioſ *A'* balliſtarioſ *Π* baliſtarioſ *μδP* 12 acieſ *Π* 13 adium.] amminiculo (*cum glossa superscripta* ſolacio) *Π* quantamlibet] quantumlibet *A'V correxit ita Q* 14 consueuerat *uulgo* documentum] documento *Π* documenti *P* Cap. III. 19 cum] *ΠP* nam cum *εδP* 20 occupaſſet *rasura corr. in* occuparet *A* 21 deinde] denique *μ* 23 aliquantos morbo] morbo aliquantoſ *ε*

S. L. 1 iuſſa] in ſua *Π* complere *Π* 3 cottidie *α'* 4 iubant *Π* 5 proeleandi A_1 6 amminiculum *Π* 7 grauem] graue *Π* 9 fundatoreſ *ε* 11 iſdem] hiſdem *A'ΠP* (idem *V*) teneat teneant *GΠ* 15 quae] quē *Π* 16 demicanſ A_1 Cap. III. 18 negligentiam *A* 22 completiſ *Π* 23 ſubſiſtituti *α*.

quantos morbo debilitari atque dimitti, aliquantos deserere uel diuersis casibus interire; *ac*, nisi annis singulis, immo singulis paene mensibus in recedentium locum iuniorum turba succedat, quamuis copiosus exhauritur exercitus. Est et alia causa, cur adtenuatae sint legiones: magnus in illis labor est militandi, grauiora arma, plura munera, seuerior disciplina. Quod uitantes plerique in auxiliis festinant militiae sacramenta percipere, ubi et minor sudor et maturiora sunt praemia.

Cato ille Maior, cum et armis inuictus esset et consul exercitus saepe duxisset, plus se reipublicae credidit profuturum, si disciplinam militarem conferret in litteras. Nam unius aetatis sunt quae fortiter fiunt; quae uero pro utilitate reipublicae scribuntur aeterna sunt. Idem fecerunt alii conplures, sed praecipue Frontinus, diuo Traiano ab eiusmodi conprobatus industria. Horum instituta, horum praecepta, in quantum ualeo, strictim fideliterque signabo. Nam cum easdem expensas faciat et diligenter et neglegenter exercitus ordinatus, non solum praesentibus, sed etiam futuris saeculis proficit, si prouisione maiestatis tuae, imperator Auguste, et fortissima dispositio reparetur armorum et emendetur dissimulatio praecedentum.

V. L. 1 deſ.] deſere α' deſeri *GP* 2 ac *Lang* ut π [ut] ε 3 rec.] ſe cedentium *Π* decedentium *uulg.* 4 copioſuſ] c. tamen λ exhauriatur δ*P* 6 eſt et (et *G*) milit. ε plura] ſera *uulgo* 7 ſeuerior *ΠDP* ſenior μ*GV* ſenior *A* 10 eſſet et conſ. (et con *in l. er. G*) *G*λπ eſſet [et] c. (cunſul A_1) α' duxiſſet] dixiſſet ε 11 [ſe] π' 12 in litteriſ ε 16 ab — induſtriã α' ab — induſtriã *corr. in* ab — induſtria λ ob induſtriã *GΠ* [ab] — induſtria δ*P* 17 [in] quantum δ 20 proficiet δ*P* 21 fortiſſime *Π* expoſitio *V* 22 praecedentum μ*Π* praecedentium *A* praecedentium *G*δ*P*

S. L. 1 dimitti] dimittit (dem. *A*) α' (demitti *corr. in* dimitti *G*) 2 anniſ ſ.] anni ſ. α' 3 paene] poene *A'* recedentium] recidendum α iuniorum] iuniorem *Π* 5 cur] quur *Π* atenuatae μ 11 reipublice *Π* 15 complureſ *Π* 16 comprob. *Π* 17 ſtrictim] iſtrictim *A* 18 expenſaſ ſ.] expenſa ſ. A_1 negligenter A_1 19 ordinatuſ] ordinatoſ *Π*

Quotenas legiones antiqui ad bellum duxerint.

IIII. In omnibus auctoribus inuenitur singulos consules aduersum hostes copiosissimos non amplius quam binas duxisse legiones additis auxiliis sociorum. Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, ut cuiuis bello duae legiones crederentur posse sufficere. Quapropter ordinationem legionis antiquae secundum normam militaris iuris exponam. Quae descriptio si obscurior aut inpolitior uidebitur, non mihi sed difficultati ipsius rei conuenit inputari. Adtento itaque animo saepius relegenda sunt, ut memoria intellegentiaque ualeant conprehendi. Necesse est enim inuictam esse rempublicam, cuius imperator militari arte percepta, quantos uoluerit, faciat exercitus bellicosos.

Quemadmodum legio constituatur.

V. Diligenter igitur lectis iunioribus animis corporibusque praestantibus, additis etiam exercitiis cotidianis quattuor uel eo amplius mensuum, iussu auspiciisque inuictissimi principis legio formatur. Nam uicturis in cute punctis milites scripti, cum matriculis inseruntur, iurare solent; et ideo militiae sacramenta dicuntur. Iurant autem per Deum et Christum et sanctum Spiritum et per maiestatem imperatoris, quae secundum Deum generi humano diligenda est et colenda. Nam imperator cum Augusti nomen accepit, tamquam praesenti et corporali Deo fidelis est prae-

---

V. L. Cap. IIII. 2 aduerſuſ *Π* 4 cuiuiſ (ſ *i. l. er. Π*) *AMπG*$_2$ cui *G*$_1$*λ* cuicui *St.* 5 legioneſ fierent *(ex* fierint *corr. Q)* cred. *λ* 12 facit *π'*

Cap. V. 15 uel eo] u. et *A* menſuum (menſuum *L* menſuv̄ *P*) *εΠP* menſum *V* menſium *D* 16 [Nam] *Π* uicturiſ] picturiſ *π* 17 milite ſcripto cū (milite[i] ſcriptoꝝū *L (sed* Or *in l. correcto)* matriculiſ (matruculiſ *Q*) inſerti i. ſ. *λ* 19 deum] dnm̄ *V* Chriſtum etc.] per Xp̄m et per ſc̄m ſp̄m *P* p. xp̄m et p. ſpm̄ ſcm̄ *δ* 20 imperator *O* imperatori *uulgo* 21 accipit *λP* 22 eſt praeſtanda (-di *G*) *α'* et praeſtanda *Π* eſt et (et *V*) pr. *δP* eſt ei pr. *Oudend.*

S. L. Cap. IIII. 4 fidutia *Aλ* 5 legioniſ] legioneſ *M* 7 diſcriptio *ε* obſcurior aut] obſcuriora. Ut *A*(*Q*$_1$) [illegible]cior *α'* impolitior *Π* 8 imputari *Π* 9 attento *Π* [illegible]preh. *Π*

[illegible]. V. 14 cottidianiſ *α'* 21 auguſti[illegible] *A* 22 corporaliſ *Π*

standa deuotio, inpendendus peruigil famulatus. Deo enim uel priuatus uel militans seruit, cum fideliter eum diligit qui Deo regnat auctore. Iurant autem milites omnia se strenue facturos, quae praeceperit imperator, numquam deserturos militiam nec mortem recusaturos pro Romana 5 republica.

Quot cohortes in una sint legione, item quot milites in una cohorte sint.

VI. Sciendum autem est in una legione decem cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas et numero militum et dignitate praecedit. Nam genere atque institutione litterarum uiros electissimos quaerit. Haec enim susci- 10 pit aquilam, quod praecipuum signum in Romano est semper exercitu et totius legionis insigne; haec imagines imperatorum, hoc est diuina et praesentia signa, ueneratur; habet pedites mille centum quinque, equites loricatos CXXXII, et appellatur cohors miliaria; haec caput est legionis, ab hac, 15 cum pugnandum est, prima acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites DLV, equites LXVI, et appellatur cohors quingentaria. Tertia cohors similiter habet pedites DLV, equites LXVI, sed in hac cohorte tertia ualidiores probari moris est, quia in media acie consistit. Cohors 20 quarta habet pedites DLV, equites LXVI. Cohors quinta habet pedites DLV, equites LXVI; sed et quinta cohors strenuos desiderat milites, quia, sicut prima in dextro, ita

---

V. L. 1 et inpend. (imp. *δ*) *δP* 3 [ſe] *Π*; ſed t *uocis* ſtrenue *nec non* e *posterius i. l. er.* 5 [militiam] *Stewech. Scriuer. Schwebel. Gemoll* nec] uel *μ*

Cap. VI. *In εP caput ab hoc commate, quod ad inscriptionem pertinet, initium capit* 'Item quot militeſ in una cohorte ſint'.

7 eſt autem *P sequentes numeros litteris exprimunt μΠVP* 14 CXXXII] CXXXVI *D* centum triginta ſex *V* 15 haec prima eſt apud (aput *P*) legioneſ *λP* miliaria *ε* miliari *Π* millenaria *E* militaria *DP* militaria *V* 17 dlvii *D* [et] appell. *Π* 19 [tertia] *Π*

S. L. 1 impendenduſ *Π* peruigili famulatuſ *Aμ* 4 ſtrenue] ſtrue A_1 5 pro Romana republica] porro manere publicã (-a *M*) *α*

Cap. VI. 7 decim A_1 10 ſuſcipit] ſuſcepit *α* 11 aquilam] aquila *Π* 20 conſiſtit] conſiſtet *α*'

quinta in sinistro ponitur cornu. Hae quinque cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites DLV, equites LXVI; in ipsa quoque enucleati adscribendi sunt iuniores, quia in secunda acie post aquilam et imagines cohors sexta consistit. Cohors VII. habet pedites DLV, equites LXVI. Cohors VIII. habet pedites DLV, equites LXVI; sed et ipsa animosos desiderat uiros, quia in secunda acie consistit in medio. Cohors nona habet pedites DLV, equites LXVI. Cohors X. habet pedites DLV, equites LXVI; et ipsa bonos consueuit accipere bellatores, quia in secunda acie sinistrum possidet cornum. His decem cohortibus legio plena fundatur, quae habet pedites sex milia centum, equites DCCXXX. Minor itaque numerus armatorum in una legione esse non debet; maior autem interdum esse consueuit, si non tantum unam cohortem sed etiam alias miliarias fuerit iussa suscipere.

Nomina et gradus principiorum legionis.

VII. Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum et, ut proprio uerbo utar, principiorum nomina ac dignitates secundum praesentes matriculas indicabo. Tribunus maior per epistolam sacram imperatoris iudicio destinatur. Minor tribunus peruenit ex labore. Tribunus autem vocatur ex tribu, quia praeest militibus, quos ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicuntur qui in proelio [quia primi sunt,] ordines ducunt. Augustales appellantur

---

V. L. 1 hae quinque] haec quinq. *Π* Nam q. *λ* 3 enucleatim *π'* 4 quia in] quiã *λ* qui in *Π* 7 [et] ipſa *ΠP* 9 et equiteſ *A* *iterant post nonam cohortem uerba* ſed et ipſa an. — medio *s (erasit G)* 10 aceipere] habere *G* 11 cornu *λπ* 13 XXX *EAQϑ* triginta *MLP* XXXX *G* triginta ſex *Π* uiginti ſex *uulgo. Vegetius ipse uidetur errasse* 15 miliariaſ] militaria *V*

Cap. VII. 21 prouenit *uulgo* ex labore] ut ex labore *α* 24 quia primi ſunt *αV* primi *(sed hoc cum anteced.* q in prelio

---

S. L. 1 cornu. hae] cornuę A_1 3 aſcribendi *Π* 6 octaba *Π* 11 decim A_1 15 unam cohortem] unam hortem *α'* (unum hoſtem *λ*)

Cap. VII. 20 epiſtolam] epſam *A* iuditio *A'* 21 diſtitur *A'* 23 praelio *Π*

qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt. Flauiales item, tamquam secundi Augustales, a diuo Vespasiano sunt legionibus additi. Aquiliferi qui aquilam portant. Imaginarii qui imperatoris imagines ferunt. Optiones ab adoptando appellati, quod antecedentibus aegritudine praepeditis hi tam- 5 quam adoptati eorum atque uicarii solent uniuersa curare. Signiferi qui signa portant, quos nunc draconarios uocant. Tesserarii qui tesseram per contubernia militum nuntiant; tessera autem dicitur praeceptum ducis, quo uel ad aliquod opus uel ad bellum mouetur exercitus. Campigeni, hoc 10 est antesignani, ideo sic nominati, quia eorum opera atque uirtute exercitii genus crescit in campo. Metatores qui praecedentes locum eligunt castris. Beneficiarii ab eo appellati, quod promouentur beneficio tribunorum. Librarii ab eo, quod in libros referunt rationes ad milites perti- 15 nentes. Tubicines cornicines et bucinatores qui tuba uel aere curuo uel bucina committere proelium solent. Armaturae duplares qui binas consecuntur annonas, simplares

---

V. L. *i. l. er. a 2)* quia primi ſunt *Π* primoſ *λD uulg.* primi ſunt et *Giss. Korttianus 2* qua primi ſunt *Oudend.* [quia primi ſunt] *Lang Förster* 1 quia *Π* 3 imaginarii *ε* imaginiferi *Π* imaginarii uel imaginiferi *δP Oudend.* 4 ab optando *δP* 5 quod] qui G_1 [antec. — praeped.] *λ* 6 adoptati cum eorum uicario *λ* ad. ceu eor. uicarii *Scriuer.* procurare *δλ* 8 teſſeram] teſſera *α'* teſſeraſ *Korttianus 2 Otto* teſſaraſ *Giss.* 9 aliquod *i. l. er.* (*subest* bellũ), *sed* d *a 2 adiect. Π* 10 campigenii *π'* 11 anteſignani *Π* ante ſignã *α'* ante ſignum G_1P_1 ante ſigna λG_2 anteſignarii *δ* 12 uirtute exercitii genuſ *AΠD* u. ex. geniuſ *V* uirtuteſ exercitui genuiſ *M* uirtute exercitui Ingenſ uiſ *G Oudend.* uirtuteſ exercituſ genuſ *λP* uirtute exercitui uigenſ uiſ *Schwebel.* in campo met. *α* [I.] c. m. *λ* mercatoreſ *Π* 13 [caſtriſ] *Π* appellantur *Π* 15 librif *δP* referunt *Lang* referant *O* 16 quia tuba *Π* 17 aere curuo *π* aere cornuo *Aμ* aereo cornu *G Oudend.* 18 qui binaſ — qui ſingulaſ *Π* quia b. — quia ſing. (ſingulif *δ*) *εδP* quae b. — quae ſ. *uulgo*

S. L. 2 ueſpaſiono A_1 3 aquiliferi] aquilifero *α'* 5 praepeditiſ] praeperitiſ *α'* hii A_1 8 contubernia] contuberniam *Π* 9 teſſera] teſſer *μ* 17 committere] committerere *M*

qui singulas. Mensores qui in castris ad podismum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, uel hospitia in ciuitatibus praestant. Torquati duplares, torquati simplares; torques aureus solidus uirtutis praemium fuit, quem qui meruisset praeter laudem interdum duplas consequebatur annonas. Duplares, sesquiplares: duplares duas, sesquiplares unam semis consequebantur annonam. Candidati duplares, candidati simplares. Hi sunt milites principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellantur, quia munera facere coguntur.

Nomina eorum, qui antiquos ordines ducebant.

VIII. Vetus tamen consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoueretur centurio primi pili, qui non solum aquilae praeerat, uerum etiam quattuor centurias, hoc est CCCC milites, in prima acie gubernabat. Hic tamquam caput totius legionis merita consequebatur et commoda. Item primus hastatus duas centurias, id est CC homines, ducebat in acie secunda, quem nunc ducenarium uocant.. Princeps autem primae cohortis centuriam semis,

---

V. L. 1 menſuriſ δ (*puncto post* ſing. *sublato*) dem.] metuntur *Π* figunt *Π* 3 ſimplareſ *O* ſeſquiplareſ *Scriuer.* 4 torq.] quibuſ torqueſ *P* ſoliduſ] ſolidae *λ* ſoliuſ *Π* 5 propter laudem *λ* ppet l. *P* duplaſ] duplareſ *λ* 6 Duplareſ, ſeſquiplareſ: duplareſ duaſ, ſeſquiplareſ *Lang* duplareſ ſinquiplareſ (ſiquipl. *G*) duplareſ duaſ ſenquiplareſ *ε* [dupl. ſeſq.] duplareſ duaſ ſex qui plareſ *Π* duplareſ ſex (ex *P*) qui plureſ duaſ ſeſqui *δP* duplareſ duaſ ſeſquiplareſ *Oudend.* duplareſ duaſ, ſimplareſ *uulgo* 10 quia propter munera (numera *Q*) facere miliciam (milit. *P*) coguntur *λP*

Cap. VIII. *Vide de hoc capite medelae impatienti Försterum l. l. p. 13—20* 11 tamen] autem *λ* [in acie ſecunda] *Lange* (*hist. m. r. m. R. p. 88*) 18 princepſ autem *εDP uulgo Mommsen (C. I. L. III, 830)* principeſ autem *V* principeſ autem ſecunduſ *Π Salmasius de r. m. c. 6 Förster* centuriam et ſemiſ (et *α 2 adiectum*) *Π primum hastatum et principem*

S. L. 1 menſoreſ] meſſoreſ *μ* 2 hoſpicia *M* 4 torquiſ *ΠV* 5 duplaſ] duplax *Π* 7 unam] unum *α* conſequebantur] conſequebatur *Aμ* candedati *A'* 8 candedati *A'* hii *A*

Cap. VIII. 14 gubernauat *Π* 16 haſtatuſ] haſtutuſ *α'* aſtatuſ *corr. in* aſtatuſ *G* centoriaſ *M*

hoc est CL homines, gubernabat. Ad quem in legione prope omnia, quae ordinanda sunt, pertinent. Item secundus hastatus centuriam semis, id est CL homines, regebat. Triarius prior centum homines gubernabat. Sic decem centuriae cohortis primae a quinque ordinariis regebantur. 5 Quibus magnae utilitates et magnus honor est a ueteribus constitutus, ut ceteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione contenderent ad tanta praemia peruenire. Erant etiam centuriones, qui singulas centurias curabant; qui nunc centenarii nominantur. Erant decani, denis mili- 10 tibus praepositi, qui nunc caput contubernii uocantur. Secunda cohors habebat centuriones quinque; similiter tertia quarta usque ad decimam cohortem. In tota autem legione erant centuriones quinquaginta quinque. VIIII. Sed legati imperatoris ex consulibus ad exercitus mittebantur, quibus legiones et auxilia uniuersa obtemperabant in ordinatione pacis uel necessitate bellorum, in quorum locum nunc inlustres uiros constat magistros militum substitutos, a quibus non tantum binae legiones sed etiam plures numeri gubernantur. Proprius autem iudex erat praefectus legionis, 20 habens comitiuae primi ordinis dignitatem, qui absente legato tamquam uicarius ipsius potestatem maximam retinebat. Tribuni uel centuriones ceterique milites eius praecepta seruabant. Vigiliarum siue profectionis tessera ab eodem petebatur. Si miles crimen aliquod admisisset, auctoritate prae- 25

De officio praefecti legionis.

V. L. *locos mutasse censet Lange l. l.* 1 Ad quem pr. o. q. in leg. o. s. *uulgo* 3 centuriam et ſemiſ (et *a 2 adiect.*) *Π* [hom. regebat triariuſ prior cent.] *ε prob. Salmasio d. r. m. c. 6* 4 prior] poſterior *Lange* centuriiſ *ε* 5 [primae coh. a quinque ord.] *ε* 6 utilitatiſ *εδ* utilitatiſ *corr. in* utilitateſ *P* [eſt] *Π* 7 ceteri] centum *δ* 10 nunc et centenarii *Π* 12 tertia et qu. *uulgo* 13 in totam a. legionem *A* Cap. VIIII. 17 [nunc] *μ* 18 illuſtriſ *V*

S. L. 4 decim A_1 8 contenderent] contenderet *A* Cap. VIIII. 15 exercitoſ *α* 18 illuſtreſ *Π* 18 ſubtituteſ *M* 19 numeri] muneri *Π* 21 legato] legatio *A* 23 centurioneſ] centurineſ *M* militeſ eiuſ] militereſ A_1 (militareſ A_2) 25 admiſiſſet] ammiſiſſet *Π* auctoritate] auctoritatem *Aμ*

fecti legionis a tribuno deputabatur ad poenam. Arma omnium militum, item equi uestes annona ad curam ipsius pertinebat. Disciplinae seueritas, exercitatio non solum peditum sed etiam equitum legionariorum praecepto eius cotidie curabatur. Ipse autem iustus diligens sobrius legionem sibi creditam adsiduis operibus ad omnem deuotionem, ad omnem formabat industriam, sciens ad praefecti laudem subiectorum redundare uirtutem. X. Erat etiam castrorum praefectus, licet inferior dignitate, occupatus tamen non mediocribus causis, ad quem castrorum positio, uallí et fossae aestimatio pertinebat. Tabernacula uel casae militum cum inpedimentis omnibus nutu ipsius curabantur. Praeterea aegri contubernales et medici, a quibus curabantur, expensae etiam ad eius industriam pertinebant. Vehicula sagmarii necnon etiam ferramenta, quibus materies secatur uel caeditur, quibusque aperiuntur fossae, contexitur uallum aquaeductus, item ligna uel stramina arietes onagri ballistae ceteraque genera tormentorum ne deessent aliquando,

De officio praefecti castrorum.

V. L. 1 dep. a trib. *uulgo* arma autem omn. *P* 2 ueſtiſ *Π* ueſteſ et *uulgo* 3 pertinebant *λδP* seueritas] iuſ (uiſ *D*) et ſeueritaſ *δP* ſeueritatiſ *λ* exercitatio *ΠVP* exercitio *α'QD* exercitio *corr. in* exercitia *L* exercitia *G* 5 curabantur *ΠL* iuſtuſ *Π* cuſtuſ MQ_1 cuſtoſ *A'L* iuſtum *δP* d. et sobr. *uulgo* 6 ad omnem deuotionem adformabat induſtriam *ε* 8 red.] ſecundare G_1 Cap. X. 12 curabantur [. Praeterea — curabantur] *Π* 15 ſagmarum *λ* ſecatur] ſecatur *Π* ferratur *St.* 16 ceduntur *Π sed* un *in l. er.; subest* i quibusque *uulgo* contexitur uallum aquaeductuſ *π* conteſſitur uallum aquae doctuſ *A* conteſſitur u. aeque doctuſ *M* conteſſitur (*corr. in* contexitur) u. aequae ductuſ *G* conteſſituſ (conteſ. ſituſ *L*) u. aquae ductuſ *λ* contexitur u. et aquaeductuſ *Korttianus 2* aquaeductuſ, contexitur u. *Oud.* conſepitur uallum aqua educitur *Ianus Guilielmus (teste Schw.)* contexitur uallum atque aquae ductuſ *fortasse leg.* 17 balliſtae *Π*

S. L. 1 ad penã² *Π* 4 praecepto] praeceptoſ *α'* cottidie *Aμ* 6 aſſiduiſ *Π* 8 redundare] retundare *A* Cap. X. 10 ualli] belli *μ* 11 caſae] cęſae *α'* (*Q*) 12 imped. *Π* nutu] notu *A* 14 uehicula ſagmarii] uehiculaſ agmarii *M* uehiculaſ agmari *A* 17 ſtramina] iſtramina *A*

procurabat. Is post longam probatamque militiam peritissimus omnium legebatur, ut recte doceret alios quod ipse cum laude fecisset. XI. Habet praeterea legio fabros tignarios structores carpentarios ferrarios, pictores reliquosque artifices ad hibernorum aedificia fabricanda, ad machinas turres ligneas ceteraque, quibus uel expugnantur aduersariorum ciuitates uel defenduntur propriae, praeparatos, qui arma uehicula ceteraque genera tormentorum uel noua facerent uel quassata repararent. Habebant etiam fabricas scutarias loricarias arcuarias, in quibus sagittae missibilia cassides omniaque armorum genera formabantur. Haec enim erat cura praecipua, ut quicquid exercitui necessarium uidebatur numquam deesset in castris, usque eo, ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Bessorum ducto sub terris cuniculo murisque intra fundamenta perfossis inprouisi emergerent ad urbes hostium capiendas. Horum iudex proprius erat praefectus fabrum. XII. Decem cohortes habere diximus legionem. Sed prima erat miliaria, in qua censu genere litteris forma uirtute pollentes milites mittebantur. Huic tribunus praeerat armorum scientia, uirtute corporis, morum honestate praecipuus. Reliquae cohortes, prout principi placuisset, a tribunis uel a praepositis regebantur. Tanta autem seruabatur exercendi milites cura,

De officio praefecti fabrorum.

De officio tribuni militum.

V. L. Cap. XI. 3 lignarioſ π 4 piſtoreſ Π picatoreſ *Korttius* 5 aedificia fab.] edificationem fabricandam Π machinaſ et turreſ Π 8 ueh.] qui uehicula δP 9 quaſſa Π 10 miſſilia *corr. ex* miſſibilia Π 12 neceſſariũ *ita, ut* iũ *in l. er. appareat M* 17 praef. fabrum α [praef. fabrum] Π praef. fabrorum $G_2\lambda\delta P$ Cap. XII. 18 diximuſ habere legionem Π 19 pollenteſ] pollicenteſ μ 20 armorum] armatorum A' 23 ſeruabantur A' exercendi militeſ c. $A\Pi$ e. militiſ c. M exercendiſ militibuſ c. δP militiſ c. exercendi G

S. L. 1 iſ] hiſ α Cap. XI. 4 ſtructoreſ] iſtructoreſ A pictoreſ] pictoriſ M 5 arteficeſ A_1 aedificia] aedifia A_1 7 praeparatoſ] preparatuſ Π 8 faceret A 10 loricariaſ] lucariaſ α 14 ducto] ductu Π 15 muriſ] muroſ A' inprouiſi] inprobi (inprobiſ G) ſi α improu. Π

ut non solum tribuni uel praepositi contubernales sibi creditos sub oculis suis iuberent cotidie meditari, sed etiam ipsi armorum arte perfecti ceteros ad imitationem proprio cohortarentur exemplo. Tribuni autem sollicitudo, tribuni laudatur industria, cum miles ueste nitidus, armis bene munitus ac fulgens, exercitii usu et disciplina eruditus incedit.

De centuriis atque uexillis peditum.

XIII. Primum signum totius legionis est aquila, quam aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes a draconariis feruntur ad proelium. Sed antiqui, quia sciebant in acie commisso bello celeriter ordines aciesque turbari atque confundi, ne hoc posset accidere, cohortes in centurias diuiserunt et singulis centuriis singula uexilla constituerunt, ita ut, ex qua cohorte uel quota esset centuria, in illo uexillo litteris esset adscriptum, quod intuentes uel legentes milites in quantouis tumultu a contubernalibus suis aberrare non possent. Centuriones insuper, qui nunc centenarii uocantur, [nimium bellicosos] [loricatos] transuersis cassidum cristis, ut facilius nosceren-

---

V. L. 1 ppoſiti *Π* 4 hortarentur *π* tribuni a. ſoll. tribuni laudatur induſtria *α* tr. a ſoll. tribuni laudabatur i. *δ* tr. a. ſoll. [tr.] laudatur induſtria *Π* tr. a. ſoll. per hanc laudatur induſtriā *λP* (*sed* per hanc *i. l. er. a* P_2) 6 iuſſu *ε* incedat *V* incedenſ *D*

Cap. XIII. 10 [quia] sed *posterius* i *uocis* antiqui *i. l. er. Π* qui *Schw.* 13 uel] ut *M* et ut *λ* 14 in ipſo uexillo *Π* [in] illo (illi *V*) u. *δ* ^{in}illo u. *P* 16 poſſint *εΠ* poſſunt *δP* 17 nimium bellicoſoſ (-uſ *A*) luricatoſ *α* n. bellicoſoſ loricatoſ *Lπ* n. bellicoſoſ luricato^{f2} *Q* tumultu belli conoſ litteratoſ *Oudend. alia Scriuer.* [n. bellic. lor.] *uulgo* 18 caſſidi *Π* criſtiſ] criſtiſ litteraſ habebant ut *(sed* criſtiſ *a* Q_2 *in l. er.) λ* cr. literaſ habebant quo *& P* criſtiſ (criiſtiſ *D*) quo *δ* noſcerentur] n. habenteſ *Oudend.*

S. L. Cap. XII. 2 cottidie *Aμ* 4 cohorterentur A_1. 6 incedit] incedit *A* incidit *M*

Cap. XIII. 7 legioniſ eſt] legionarum A_1 aquila] aquilam *α'* 8 aquili≡fer *A* 10 commiſſo *A* 11 poſſet] poſſit *ε* 13 uexilla] -la *syllaba a 2 in l. er. A* 14 eſſet cent.] eſſe c. *α* adſcriptum] adſcriptam *A'* aſcriptum *Π*

tur, singulas iusserunt gubernare centurias, quatenus nullus error existeret, cum centeni milites sequerentur non solum uexillum suum sed etiam centurionem, qui signum habebat in galea. Rursus ipsae centuriae in contubernia diuisae sunt, ut decem militibus sub uno papilione degen- 5 tibus unus quasi praeesset decanus, qui caput contubernii nominatur. Contubernium autem manipulus uocabatur ab eo, quod coniunctis manibus pariter dimicabant.

De turmis equitum legionariorum.

XIIII. Quemadmodum inter pedites centuria uel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur; et habet una turma equites XXXII. Huic qui praeest decurio nominatur. Centum enim decem pedites ab uno centurione sub uno uexillo gubernantur; similiter XXXII equites ab uno decurione sub uno uexillo reguntur. Praeterea sicut centurio eligendus est magnis uiribus, procera statura, qui 15 hastas uel missibilia perite iaculetur et fortiter, qui dimicare gladio et scutum rotare doctissime nouerit, qui omnem artem didicerit armaturae, uigilans sobrius agilis, magis ad facienda quae ei imperantur quam ad loquendum paratus, contubernales suos ad disciplinam retineat, ad armorum 20 exercitium cogat, ut bene uestiti et calciati sint, ut arma

---

V. L. 1 ſingulaſ] quoſ ſingulaſ (quoſ *in P supra lineam addito*) *λP* quatenuſ nulluſ error] quatinuſ error non *δ* quatenuſ err. non *P* 2 centeni *π* centi *A* centum *μG* 6 unuſ qui pr. dec. [qui] caput *λ* quaſi] quoque *susp. St.* 7 manipuloſ uocabatur *M* manipuloſ uocabant *λ* coni.] iunctiſ *δP*

Cap. XIIII. *Inscriptionem uerborum contextui inserunt ideoque numero huius capitis omisso numeros sequentium semper uno iusto inferiores praebent ε* 12 centum en. et decem *δ* c. etenim et d. *P* ut enim c. et d. *uulgo* 13 [gubern. — uexillo] *δ* 15 centurio]$^{\text{in1}}$ centuria *Π* magnuſ *A* uir. et p. *uulgo* 16 miſſilia (*corr. ex* miſſibilia *Π*) *ΠP* 17 rotare] portare *Π* 20 qui cont. *uulgo* 21 cogit $Π_1$ ueſtiant *Π* [et] *α*

S. L. 2 exſiſteret *A* 4 contubernia] contubernię *Π* 5 pampilione A_1 8 demicabant *A'*

Cap. XIIII. 9 quemammodum *Π* 10 ita ut *A (non Par. 6503)* 15 elegenduſ (-um A_1) *ε* 17 doctiſſime] doctiſſimo *α'* 18 uigilanſ] uigilianſ A_1 agiliiſ *A*

omnium defricentur ac splendeant; similiter eligendus est decurio, qui turmae equitum praeponatur, inprimis habili corpore, ut loricatus et armis circumdatus omnibus cum summa admiratione equum possit ascendere, equitare fortis-
5 sime, conto scienter uti, sagittas doctissime mittere, turmales suos, id est sub cura sua equites positos, erudire ad omnia quae equestris pugna deposcit, eosdem cogere loricas suas uel catafractas, contos et cassides frequenter tergere et curare. Plurimum enim terroris hostibus armo-
10 rum splendor inportat. Quis credat militem bellicosum, cuius dissimulatione situ ac robigine arma foedantur? Non solum autem equites sed etiam ipsos equos adsiduo labore conuenit edomari. Itaque ad decurionem et sanitatis et exercitationis tam hominum quam equorum pertinet cura.

Quemadmodum legionum acies instruantur.

XV. Nunc, qualiter instruenda sit acies, si pugna immineat, declaretur unius legionis exemplo; quod, si usus exegerit, transferri possit ad plures. Equites locantur in cornibus. Acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic cohors secunda coniungitur. Tertia
20 cohors in media acie conlocatur. Huic adnectitur quarta.

V. L. 1 ſ̄ *G* 2 habili *π'G* nabili *α'* ſtabili *Q* ſtabili *L* ſtabili *corr. in* habili *P* 3 [ut] *G* loricatuſ] lorica *Π* 8 [ſuaſ] *uulgo* 9 tergere (tegere *Π*) et curare *π* tergere curare *α* ut tergere curare *Paris. 6503* tergere curare ſameare (ſamareſ *Q*) *λ* t. c. ſamiare *uulgo* 12 adſidue G_1 13 et ſanitatiſ et exercit. *Gπ (in P* ion *in l. er.)* et ſameatiſ et ex. *M* et ſanitatiſ exercitationiſ *A* [et ſ. et] *λ*

Cap. XV. 17 tranſferri] ut tranſferri *λD* 20 annectatur *Π*

S. L. 1 elegenduſ *ε* 4 ammiratione *Π* 6 poſſitoſ *A'* 7 depoſcit] depoſitiſ *Π* 10 import. *Π* bellicoſum] bellicoſo *Π* 11 diſſimulatione] deſimulatione *ε* robigine] robiginem *α'* foedantur] foederantur *α'* fobea≡tur *Π* 12 aſſiduo *Π* labore] laborare *A'*

V. L. Cap. IIII. 7 offenſi] infeſſi *Π* 9 declinarant *απ'* declinarunt *λ* declinarent *P* declinant *uulgo* 10 dum] ut dum *δP* 12 ad] in *ε* 14 app. [i. a.], *Lang* appellant inſpectionem a. *εD* appellant, inspectionemque a. *ΠVP* 16 ad nomen et ſigna *λ* 17 miſſitia (*corr. ex* miſſibilia *Π*) *ΠP* 18 funda] fundiſ *Π* [ad] arm. *δ* ad uecteſ] ad manuſ *Π* 19 feriendoſ *δ* 20 ſudorē *ita ut* ſude *a 2 in loco a 1 vacuo relicto scriptum sit Π* 22 ſeu mare ſiue *ε* ſeu m. ſeu *δP* ſeu cum m. ſiue *Π* 24 dumoſa *δP*

S. L. Cap. IIII. 4 nolit] nollet *Aμ* 5 hii *A* 6 delicate] deligate *M* 9 audatiā *M* 13 deuotienem] deuotione *Π* 15 aſſidue *Π* 18 armaturae geſtum] armatura egeſtum *A'* armature ieſtum *Π* 20 detenendi A_1 21 nihilhominuſ *A'* imbuendi *λ* 24 dumoſ] domoſ *μ* facere] fatere A_1

fossam, occupare aliquem locum et, ne a contubernalibus detrudantur, scutis inuicem obuiantibus niti. Ita exercitati et eruditi in sedibus milites, siue illi legionarii siue auxiliares siue equites fuerint, cum ad expeditionem ex diuersis conuenerint numeris, aemulatione uirtutis proelium magis necesse habeant optare quam otium: nemo cogitat de tumultu, qui fiduciam de arte uel uiribus gerit. Dux autem esse debet adtentus, ut in omnibus legionibus siue auxiliis uel uexillationibus a tribunis uicariis principiisque, si qui turbulenti uel seditiosi sunt milites, non pro inuidia suggerentum sed pro rerum ueritate cognoscat eosque prudentiori consilio segregatos a castris ad agendum aliquid, quod ipsis prope uideatur optabile, aut ad castella urbesque deputet muniendas atque seruandas, tanta subtilitate, ut, cum abiciuntur, uideantur electi. Numquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit, sed incitatur a paucis, qui uitiorum scelerumque inpunitatem sperant peccare cum plurimis. Quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius est more maiorum in auctores criminum uindicari, ut ad omnes metus, ad paucos poena perueniat. Laudabiliores tamen duces sunt, quorum

---

V. L. 1 foſſas *Π* [locum] *Π* 2 in ſcutis *ε* niti. Ita] Niſi ita *Π* 3 ille *corr. in* illi *A* illi *GδP* illiſ *λ* illum *M* [illi] *Π* 4 fuerunt *A* 5 num.] locif *uulgo* 6 neceſſe habeant *ε* neceſſe habent ([neceſſe] *Π*) *π* neceſſe eſt habeant *P* 7 gerit] habuerit *λ* 8 d. e. *uulgo* 10 ſuggerentum *A'Π* ſuggerendum *μ* ſuggerentium *δP* 11 pro rerum] procerum *ε* prudentiore *δP* 13 prope uid.] prouideatur (-uidebatur *Q*) *λ* deputent (-ent *Q*; -ænt *V*) *εδP* 15 uid.] exiſtimentur *δ* 16 ſed incitatur] ſed incitantur *λ* ſi decidatur *V* ſi decedatur *PD* [a] *ε* 17 inpunitate (imp. *δ*) *Gδ* 18 ferri *αLΠ* ferre *δP* fieri *Q uulgo* 19 eſt] ex *Π* more m.] morte aliorum *P* 20 uindicari ut] uindicare ut *L* uindicarent Q_1 uindicare ne Q_2 ad p.] per paucoſ *λ* 21 ducef] iudicef *δP*

S. L. 5 prelium *Π* 6 quam otium] quãmotium (˜ *er.*) *M* 7 fidutiam *Aλ* 8 attentuſ *Π* 9 ſi] ſe *A* 10 turbulenti] tribulenti *M* 11 ueritate] uarietate *Π* cognuſcat *A'* 14 tanta] tantam *Π* 15 contumatiam *ε* 17 uiciorum *A'* impunitatem *Π* 18 medicinam] medicina *Π* 21 poena] pęna *Π*

exercitum ad modestiam labor et usus instituit, quam illi, quorum milites ad oboedientiam suppliciorum formido conpellit.

V. Multa quidem sunt dicenda atque obseruanda pugnantibus, siquidem nulla sit neglegentiae uenia, ubi de salute certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriam proficit quam monitis obtemperare signorum. Nam cum uoce sola inter proeliorum tumultus regi multitudo non possit et cum pro necessitate rerum plura ex tempore iubenda atque facienda sint, antiquus omnium gentium usus inuenit, quomodo quod solus dux utile iudicasset per signa totus agnosceret et sequeretur exercitus. Tria itaque genera constat esse signorum, uocalia semiuocalia muta. Quorum uocalia et semiuocalia percipiuntur auribus, muta uero referuntur ad oculos. Vocalia dicuntur quae uoce humana pronuntiantur, sicut in uigiliis uel in proelio pro signo dicitur, ut puta 'uictoria' 'palma' 'uirtus' 'Deus nobiscum' 'triumphus imperatoris' et alia, quaecumque uoluerit dare is, qui in exercitu habet maximam potestatem. Sciendum tamen est ista uocabula cotidie debere uariari, ne ex usu signum hostes agnoscant et explorantes inter nostros uersentur inpune. Semiuocalia sunt quae per tubam aut cornu aut bucinam dantur; tuba quae directa est appellatur; bucina quae in semet aereo circulo flectitur; cornu quod ex uris agrestibus, argento nexum, temperatum arte spirituque ca-

Signorum militarium quanta sint genera.

V. L. 1 exercituſ *uulgo* 2 formido ſuppl. *δP* conpellat *α'*
Cap. V. 3 dicenda *A'* diſcenda *μΠ* ediſcenda (et diſc. *V*) *δP*
4 neglegentiae *μπ'* negligentiae *P* negligentiue *A* neglegenti *G* 9 antiquuſ] antiquitaſ *Π* 13 [et] ſemiuocalia *Π* 16 uictoriae (-a *corr. in* æ *Q*) *λ* 19 uariari debere *Π* 20 [et] explorantef *Π* et exploratoref *uulgo* 21 cornu] cornua *ε* 22 appellatur bucina. quae *Π* 23 ſemet] ſ. ipſa *Π* flectitur] fl. tuba *Π*
24 nexuum (-xum *Q*) *λ* temperatũ arte ſpirituque ca-

S. L. 1 exercitum] exercitam *Π* 2 obedientiam *Π* compellit *Π*
Cap. V. 11 agnoſceret] agnoſceretur *Π* 13 referuntur] reperuntur *Π* 15 in proelio] in proelia *A* 18 iſ] hiſ *αΠ*
exercitu] exercito *M* 19 cottidie *Gμ* 20 agnuſcant A_1
21 impune *Π* 22 tuba] turba $Π_1$

nentis flatus emittit auditum. Nam indubitatis per haec sonis agnoscit exercitus, utrum stare uel progredi an certe regredi oporteat[, utrum longe persequi fugientes an receptui canere]. Muta signa sunt aquilae dracones uexilla
5 flammulae tufae pinnae; quocumque enim haec ferri iusserit ductor, eo necesse est signum suum comitantes milites pergant. Sunt et alia muta signa, quae dux belli in equis aut in indumentis et in ipsis armis, ut dinoscatur hostis, praecipit custodiri; praeterea manu aliquid uel flagello more
10 barbarico uel certe mota, qua utitur, ueste significat. Quae omnia in sedibus itineribus, in omni exercitatione castrensi uniuersi milites et sequi et intellegere consuescant. Continuus enim usus necessarius uidetur in pace eius rei, quae in proelii confusione seruanda sit. Item mutum et
15 commune signum est, quotiens proficiscente turba excitatus puluis ad similitudinem nubium surgit hostiumque prodit aduentum; similiter si diuisae sint copiae, per noctem flammis, per diem fumo significant sociis quod aliter non potest nuntiari. Aliquanti in castellorum aut urbium tur-

---

V. L. nentiſ flatuſ em. anditum *G* temperato arte ſpiritum quem canentiſ (-iſ *ex* -eſ *corr.* *P*) flatuſ em. auditum *α'P* temperato arte ſpiritumque (q. *L* quae *Q*) canentiſ flatuſ em. auditum *λ* temperato arte ſpiritumque canentiſ flatuſ emittit [a.] *Π* temperato arte ſpiritu quem c. flatuſ emittit auditur *ϑ* *uulgo* temperatum arte ſpirituque canentiſ [flatuſ] emittit auditum *Gemoll* temperatum arte ſpirituque c. flatuſ (*uel* flatu) emittit auditum *Gudend.* 2 [an certe] *Π* aut certe *ϑ* 3 [utrum — canere] *Lang* 5 flamulae *λP* tubae *μDP* 6 eo] et (et *Q*) *εP* 7 multa *εΠ* 8 in indumentiſ *α* [in]indumentiſ *λϑP* [i.] iniumentis *Π* [in] *Π* 9 cuſtodire *λP* manuali[quid] *λ* 10 certe mota *μG* certa mota *A* certe nota *Π* certe mutata *ϑP* 11 in itinerib. *uulgo* in omni] et in o. *λ* exercitatio *Π* 14 quae — ſeruanda *πλ* qui — ſeruanda *α'* qui — ſeruanduſ *G* 15 excitatuſ] exercitatuſ *λπ'* 17 diuiſae ſint *π* diuiſae in *A* diuiſa ei in *M* diuiſae *λG*

S. L. 3 receptui *M* 4 uixilla A_1 6 comitanteſ] commitanteſ (committanteſ *M*) *ε* 8 dinuſcatur *α* 9 praecipit] praecepit *A* 11 caſtrenſi] caſtrinſe A_1 12 continuuſ] continuoſ *Aμ* 13 uſuſ] uſoſ *M* neceſſariuſ] neceſſarioſ *Aμ* 14 mutum] mutam *M* 16 ſociiſ] ſociuſ *Π* 19 aut] at $Π_1$

ribus adpendunt trabes, quibus aliquando erectis aliquando depositis indicant quae geruntur.

VI. Qui rem militarem studiosius didicerunt, adserunt plura in itineribus quam in ipsa acie pericula solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes et hostem comminus uident et ad pugnandum animo ueniunt praeparati; in itinere minus armatus minusque adtentus est miles et superuentus impetu uel fraude subsessae repente turbatur. Ideo omni cura omnique diligentia prouidere dux debet, ne proficiscens patiatur incursum uel facile ac sine damno repellat inlatum. Primum itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur, plenissime debet habere perscripta, ita ut locorum interualla non solum passuum numero sed etiam uiarum qualitate perdiscat, compendia deuerticula montes flumina ad fidem descripta consideret, usque eo, ut sollertiores duces itineraria prouinciarum, in quibus necessitas gerebatur, non tantum adnotata sed etiam picta habuisse firmentur, ut non solum consilio mentis uerum aspectu oculorum uiam profecturus eligeret. Ad hoc a prudentioribus et honoratis ac locorum gnaris separatim debet uniuersa perquirere et ueritatem colligere de pluribus, praeterea [sub periculo eligendum] uiarum duces ido-

Quanta sit seruanda cautela, cum uicinis hostibus monetur exercitus.

V. L. Cap. VI. 7 i. it. autem m. *uulgo* 8 ſuperuentuſ impetu uel fraude ſubſeſſae *δ* ſ. i. u. fraude *(ex* laudeſ, *ut uidetur, corr.)* ſubſeſſa *Π* ſuperuentuſ impetuſ uel fraudeſ ſubſeſſe *α'* ſuperuentu impetuſ uel fraude ſubſeſſae *G* ſupervenienie impetu uel fraude [ſ.] *λP* 9 Ideo *εδ* De *Π* ideoque *P* 14 qualitateſ *εP* (*in Q* ſ *paullulum dilutum uel erasum est, ad quod sine dubio referendum est signum marginale* †) compendia] *syllaba* con *in loco eraso M* per compendia *λ* 15 deuerticula *ΠV* diuerticula *εDP* diſcripta *μP* 16 uſque adeo *δ* itin.] in etineraria *Π* 17 geritur *uulgo* 19 uerum] u. etiam *Π* profecturuſ *εδ* profecturoſ *Π* profecturiſ *P* 20 gnariſ *GδP* gnariſ *Π* ignara *Aμ* 22 [sub periculo eligendum] *Lang* eligendum *εΠ* eligen-

S. L. 1 appendunt *Π* trabeſ] trauef *μ*

Cap. VI. 3 afferunt *Π* 5 conflictu] conflicto *α'* 6 comminuſ] communuſ Π_1 7 attentuſ *Π* 11 dampno *A* illatum *Π* 13 paſſuum] parſuum A_1 14 compendia *Π* 16 prouintiarum *Aμ* 21 debet] bibet *M*

neos scientesque *praecipere* eosque custodiae mancipare addita poenae ostentatione uel praemii. Erunt enim utiles, cum intellegant nec fugiendi sibi copiam superesse et fidei praemium ac perfidiae parata supplicia. Prouidendum quo-
5 que, ut sapientes exercitatique quaerantur, ne duorum aut trium error discrimen pariat uniuersis; interdum autem imperita rusticitas plura promittit et credit se scire quae nescit. Sed cautelae caput est, ut, ad quae loca uel quibus itineribus sit profecturus exercitus, ignoretur; tutissimum
10 namque in expeditionibus creditur facienda nesciri. Ob hoc ueteres Minotauri signum in legionibus habuerunt, ut, quemadmodum ille in intimo et secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper esset occultum. Securum iter agitur quod agendum hostes minime suspi-
15 cantur. Verum, quia exploratores altrinsecus missi profectionem suspitionibus uel oculis deprehendunt et interdum transfugae proditoresque non desunt, quemadmodum occurri ingruentibus debeat, intimetur. Dux cum agmine exercitus profecturus fidelissimos argutissimosque cum equis
20 probatissimis mittat, qui loca, per quae iter faciendum est, in progressu et a tergo, dextra laeuaque perlustrent, ne aliquas aduersarii moliantur insidias. Tutius autem operantur

---

V. L. tium *δP* eligendarum *uulgo* 1 praecipere *St.* percipere *O* cuſtodire *Π* cuſtodia *P* 2 oſtentatione *εΠ* conteſtatione *VP* conſtitutione *D* 3 intelligent *uulgo* ne fugiendi *Aμ* 8 cautelae caput eſt *μGΠ* pautelae caput eſt *A* utile caput eſt *δP* ad quae (atque *V*) l. *δP* aque l. *α* ad quẽ loca *Π* ea loca per quae *λ* per quae loca *uulgo* 9 tutiſſimum (tutiſſimuſ *D*) n. i. expeditionibuſ *A'π'* tutiſſimã n. i. expeditionibuſ *M* tutiſſima namque expeditio *λP* 10 neſciri] ab hoſtibuſ neſciri *λP* 12 labyrintho *P* labyrinto *εV* laberintho *Π* laberinto *DQ*₂ 13 o. e. *uulgo* 16 ſuſpectionibuſ *DP* ſuſpe≡cionibuſ *V* 17 proditoreſque *δP* proditoreſ quę *A* proditoreſ quae *M* proditoreſ qui *Gλ* proditoreſ[que] *Π* 20 per qua *Aμ*

S. L. 2 poenae] pene *M* pęne *Π* 7 promittit] promittet *A* credit] credet *A* 9 profecturuſ] profecturum A_1 12 quemammodum *Π item statim* 19 argutiſſimoſque] argutiſſimoſ qui A_1 22 tutiuſ] totiuſ *α'Π*

exploratores noctibus quam diebus. Nam quodammodo ipse sui proditor inuenitur cuius speculator fuerit ab aduersariis conprehensus. Primi ergo equites iter arripiant, deinde pedites, inpedimenta sagmarii calones uehiculaque in medio conlocentur, ita ut expedita pars peditum et equitum subsequatur. Nam ambulantibus interdum quidem a fronte, sed frequentius a tergo superuentus infertur. A lateribus quoque pari armatorum manu inpedimenta claudenda sunt; nam insidiatores transuersos frequenter incursant. Illud tamen praecipue seruandum est, ut ea pars, ad quam hostis uenturus creditur, obpositis lectissimis equitibus et leui armatura necnon etiam peditibus sagittariis muniatur. Quod si undique circumfunduntur inimici, undique debent praeparata esse subsidia. Ne uero repentinus tumultus amplius noceat, ante commonendi sunt milites, ut parati sint animo, ut arma in manibus habeant: in necessitate subita conterrent, prouisa non solent esse formidini. Antiqui diligentissime praecauebant, ne a calonibus interdum uulneratis interdum timentibus et sagmariis clamore pauefactis

V. L. 3 deinde] inde ε 4 ſagmarũ calonũq; Π 6 N. amb. [int. q.] a fronte [ſed] frequenter Π 9 inſidiatoreſ tranſuerſoſ frequenter incurſant Π inſ. tranſuerſuſ fr. expulſat δ; *hanc lectionem correctione et additamento marginali ad λ codicum scripturam* (impulſant *P*) *reuocauit P* inſ. in alio loco inpulſant tranſuerſoſ frequenter incurſa (-a^nt^ *G*) α inſ. in alio loco inpulſant tranſuerſoſ frequenter incurſant λ inſid. in alio loco inpulſant tranſuerſo frequenter incurſu (*inserendum fuit* alii *post* inſid.) *Edit. Colon. 1524.* 10 tamen] quoque *uulgo* hoſteſ uenturoſ (-o *A*) α'Π 12 muniantur Π 13 [circum]fundunturΠ 16 i. n. ſubita conterrent δ i. n. ſ. quae conterrent ε i. n. ſ. quae terrent *uulgo* Neneceſſitate (*L*; · neceſſ. *Q*) ſubita conterreantur (-terrantur *Q*) λ ne neceſſitate ſubita conſternantur Π in neceſſitatem ſubita que terrent P_1 ne neceſſitatem ſ. q. terreantur P_2 17 prouiſa. Non (non *Q*) Πλ 18 ne a cal. Π

S. L. 1 quodammodo] quodadmodo α' 2 proditor] prodetur *M* proditur A_1 3 comprehenſuſ Π 4 impedim. Π uehicula] ullehicula *M* ulehicula A_1 5 impedim. Π 11 oppoſitiſ *MΠ* 17 antiqui] antiq. *M* diligentiſſime] diligentiſſimi A_1 18 calonibuſ] colonibuſ α' 19 pabefactiſ α'

pugnantes milites turbarentur, ne dispersi longius aut conglobati amplius quam expedit inpedirent suos hostibusque prodessent. Et ideo ad exemplum militum etiam inpedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt. Denique
5 ex ipsis calonibus, quos galiarios uocant, idoneos ac peritos usu legebant, quos non amplius quam ducentis sagmariis puerisque praeficerent. Hisque uexilla dabant, ut scirent, ad quae signa deberent inpedimenta colligere. Sed propugnatores ab inpedimentis laxamento aliquo diuiduntur,
10 ne constipati laedantur in proelio. Ambulante exercitu, ut locorum uarietas euenerit, ita defensionis ratio uariatur. Nam in campis patentibus equites magis solent inpugnare quam pedites; at uero in locis siluestribus uel montuosis siue palustribus pedestres magis formidandae sunt copiae.
15 Illudque uitandum, ne per neglegentiam aliis festinantibus aliis tardius incedentibus interrumpatur acies aut certe tenuetur; continuo enim hostes interpellata peruadunt. Praeponendi ergo sunt exercitatissimi campidoctores uicarii uel tribuni, qui alacriores retardent et pigrius incedentes ad-
20 celerare compellant. Nam qui multum praecesserint, superuentu facto non tam redire quam effugere cupiunt. Qui uero extremi sunt, deserti a suis ui hostium et propria

---

V. L. 1 [pugnantes] *uulgo* disperſi diuerſiſ *Π* 2 ſuos *A'λDP* ſuiſ *MΠV* 5 galiarios *Π* galiarias *ε* galearios *DP* galerios *V* (*cf.* I, 10) 6 duocentis *A* duocenti *M* ſagm.] ſagittariis *ΠQ* 7 praeficerent *π* praefacerent ([prae] *Q*) *ε* 8 ad quae *GDL* atque Q_1P_1V ad quē *Π* ad quas *α'* ſigna deberent] deſignarent *V* 9 aliquo] aliqui *Π* 10 in proelio. Amb. *St.* in proelio (-um *V*) amb. *O* 11 uarietur *uulgo* 14 formidandi *α'* 15 Illud quoque u. *uulgo* 16 [aliis feſtinantibus] *Π* intercedentibus *ε* interrumpentur — tenuentur *λ* 17 interpellata *V Oudend. post edit. Rom. Bonon.* inter prolata *α'* interplorata *λ* interpolata *GΠDP uulgo* Praeponendi *ε* premonendi *Π* interponendi *δP uulgo* 19 [re]tardent *uulgo* 22 ui] uī (˜ *er.*) *VQ* uiſ *Π*

S. L. 2 impedirent *Π* 3 imped. *Π et ita postea* 5 calonibus] colonibus *M* idoneos *M* 7 uexilla] uixilla *α'* 12 impugnare *Π* 17 peruadunt] peruadum *M* 19 accelerare *GH* 20 conpellant *μ*

desperatione superantur. Sciendum etiam, quod aduersarii in his locis, quae sibi oportuna intelleguntur, subsessas occultius conlocant uel aperto Marte impetum faciunt. Sed ne secreta noceant, ducis praestat industria, quem omnia prius conuenit explorare; deprehensa uero subsessa, si circumueniatur utiliter, plus periculi sustinet, quam parabat inferre. Aperta autem uis si praeparetur in montibus, altiora loca praemissis sunt praesidiis occupanda, ut hostis, cum aduenerit, reperiatur inferior nec audeat obuiare, cum tam a fronte quam supra caput suum cernat armatos. Quod si angustae sunt uiae, sed tamen tutae, melius est praecedere cum securibus ac dolatoriis milites et cum labore uias aperire, quam in optimo itinere periculum sustinere. Praeterea nosse debemus hostium consuetudinem, utrum nocte an incipiente die an hora reficiendi lassis superuenire consueuerint, et id uitare, quod illos facturos putamus ex more. Iam uero utrum peditibus an equitibus, utrum contatis an sagittariis amplius ualeant, utrum numero hominum an armorum munitione praecellant, scire nos conuenit et ordinare quod nobis utile, illis docetur aduersum, tractare quoque, per diem an per noctem iter expediat inchoari, quanta locorum interualla sint, ad quae cupimus properare, ne aestate aquae penuria obsit eun-

---

V. L. 2 [in] hiſ locif δ ſubſeſſa $\lambda\delta P$ occultoſ V 4 praeſtet δP quem *uulgo* que $A\Pi$ quae (quę Q) μ qua G cui δP 8 praemiſſiſ ĩ DPG_2 praemiſſiſ $A\lambda$ praemiſſi (-miſi G) ſunt $MG\Pi$ praemiſſiſ (˜ *er.*) V 10 tam] eo δ quam] quem δ caput] apud δ armatoſ] -tum δ 12 praecedere *uulgo Förster* praecidere O dolator.] dolabriſ *uulgo* cum laboribuſ ε 15 an π aut G ad α' [a. h. r.] λ 16 conſuerint δ 22 inchoare δ ad quae $MQG\delta PA_2$ ad quẽ Π ad quẽ (˜ *er.*) L atque A_1 23 properare] peruenire δP

S. L. 1 deſperatione] diſperatione $A\mu$ 2 occulciuſ M 3 conlocant $G\lambda$ conlocat α' collocant Π 9 repperiatur $A\mu$ 12 dolatariiſ Π 13 apperire μ (a≡perire G) 15 laſſiſ] blaſſiſ α' 17 ex more] et more α' 18 ualeant] ualeat ε 23 ne aeſtate] neſtate M aquae] a≡que A

tibus, ne hieme difficiles aut inuiae occurrant paludes maioresque torrentes et impedito itinere circumueniatur exercitus, priusquam ad destinata perueniat. Vt nostra commoditas est sapienter ista uitare, ita, si aduersariorum imperitia uel dissimulatio occasionem nobis dederit, non oportet omitti, sed explorare sollicite, proditores ac transfugas inuitare, ut, quid hostis moliatur in praesenti uel in futurum, possimus agnoscere, paratisque equitibus ac leui armatura ambulantes eosdem uel pabula uictumque quaerentes inprouiso terrore decipere.

Quemadmodum flumina, quae maiora sunt, transeantur.

VII. In transitu fluuiorum grauis molestia neglegentibus frequenter emergit. Nam si aqua uiolentior fuerit aut alueus latior, inpedimenta pueros et ipsos interdum ignauiores solet mergere bellatores. Ergo explorato uado duae acies equitum electis animalibus ordinantur interuallis conpetentibus separatae, ut per medium pedites et inpedimenta transeant. Nam acies superior aquarum impetum frangit, inferior qui rapti subuersique fuerint colligit atque transponit. At cum altior fluctus nec peditem nec equitem patitur, si per plana decurrat, ductis multifariam spargitur fossis diuisusque facile transitur. Nauigeri uero amnes stilis fixis ac superpositis tabulatis peruii fiunt uel certe tumultuario opere colligatis inanibus cupis additisque trabibus transitum praebent. Expediti uero equites fasces de

V. L. 3 Vt enim n. *uulgo* 6 explorare ſollicite, proditoreſ ε explora[re ſ. prodi]toreſ *Π* explorare ſoleat uerum *δ* exploratoreſ ſollicite proditoreſ *P* 8 in futuro *π'* 9 eoſdem] eoſdam L_1 eoſ clam L_2Q Cap. VII. 13 latior] altior *A* inpedim. et pueroſ *λ* 16 peditef [et] imped. *Π* peditum et impedimenta *δ* 19 n. e. n. p. *uulgo* 22 ſtiliſ *π* haſtiliſ *α* aſtiliſ *λ* 23 colligatiſ] alligatiſ *λ* 24 faſceſ] faſciculoſ *δ*

S. L. 1 difficileſ] difficiliſ *α* 2 inpedito *λ* impedimento *G* 6 omitti] committi *Π* 7 moliatur] moratur *Π* 8 poſſimuſ] poſſemuſ *α'* 10 decipere] deciperent *α*

Cap. VII. 11 negligentibuſ *A* 13 aut] ut *A* alueuſ] albeuſ *M* aluiuſ A_1 impedimenta *Π* 14 ignauioreſ] ignabioreſ *M* 16 competentibuſ *Π* impedimenta *MΠ* 18 colligit] collegit A_1 19 fluctuſ] flucti A_1 equitem] equitum *M* 23 trauibuſ *Aμ*

cannis aridis uel ulua facere consueuerunt, super quos loricas et arma, ne udentur, inponunt; ipsi equique natando transeunt colligatosque secum fasces pertrahunt loris. Sed commodius repertum est, ut monoxylos, hoc est paulo latiores scafulas ex singulis trabibus excauatas, pro genere ligni et subtilitate leuissimas, carpentis secum portet exercitus, tabulatis pariter et clauis ferreis praeparatis. Ita absque mora constructus pons et funibus, qui propterea habendi sunt, uinctus lapidei arcus soliditatem praestat in tempore. Festinanter aduersarii ad transitus fluminum insidias uel superuentus facere consueuerunt. Ob quam necessitatem in utraque ripa conlocantur armata praesidia, ne alueo interueniente diuisi obprimantur ab hostibus. Cautius tamen est sudes ex utraque parte praefigere ac sine detrimento, si qua uis inlata fuerit, sustinere. Quod si pons non tantum ad transitum sed etiam ad recursum et commeatus necessarius fuerit, tunc in utroque capite percussis latioribus fossis aggereque constructo defensores milites debet accipere, a quibus tamdiu teneatur, quamdiu locorum necessitas postulat.

V. L. 1 confuerunt *μδ* 2 ne udentur *A'V* ne utentur *M* ne dentur Π_1 ne uidentur *D* ne uidentur *P* ne uidentur *L* neuidenter *(sed postremum* e *in l. er.)* *Q* ne ledentur Π_2 ipſi equique *A* ipſi equique *G* ipſi aequiquae *M* ipſi equi qui *Π* ipſiſ aequitibuſ qui *V* ipſiſ equitibuſ *D* ipſiſ equiteſ (teſ *a 2 in l. er.*) quoſ *(2 deletum uult)* *P* ipſi equi [q.] *λ* 3 colligatoſque *πλ* collegatoſq. *M* collegatiſq. *A'* loriſ *Stewech. Lipowsky (v. germ. a. 1827)* ſociiſ *αΠD* ſocioſ *VP Oudend. Hillenbrandius (Appul. I, 38)* ſocii *λ* sarciniſ (antecedente colligatisque) *ed. Col. 1524, sed in margine* (colligatosque —) ad ſocioſ comm.] commodi huiuſ *Π* 4 monoxyloſ *MΠP* monoxylloſ *Q* monoxilloſ *LD* monoxillaſ *V* mox noxyloſ *A'* 6 leuiſſima *εδP* 7 pariter clauiſque *Π* 8 et fun.] ex funibuſ *Π* habendi ſunt] habendiſ ut hiſ *λ* 9 praeſtet *Gλ* praeſtat. In *M* feſtinanter *ε (sed in L in l. er. a 2)* feſtinantur *Π* ſed inſtanteſ *VP* ſed ſtanteſ *D* 11 confuerunt *δP* 16 etiam [ad] recurſum *αΠ* 18 [debet] *ε*

S. L. 1 ulua] gulua *Π* 2 imponunt *Π* 3 commodiuſ] cum modiuſ] MQ_1 5 trauibuſ *Aμ* 9 ſoliditatem] ſoliditate *M* 12 collocantur *Π* 13 obprimantur *Π* obp̄mantur *A* oppraemantur G_1 opprimantur *μ* 14 illata *Π* 17 percuſſiſ] percurſiſ *A* 17 aggere] agere *M* 18 a quibuſ tam] a quibuſdam A_1

Quemadmodum castra debeant ordinari.

VIII. Consequens uidetur, itineris obseruatione descripta, ad castrorum, in quibus manendum est, uenire rationem. Non enim belli tempore ad statiuam uel mansionem ciuitas murata semper occurrit, et incautum est plenumque discriminis exercitum passim sine aliqua munitione considere, cum militibus ad capiendum cibum occupatis, ad munera facienda dispersis facile nectantur insidiae; postremo noctis obscuritas, necessitas somni, pascentium equorum dispersio occasionem superuentibus praestat. In metandis castris non sufficit locum bonum legere, nisi talis sit, ut alter eo non possit melior inueniri, ne utilior praetermissus a nobis et ab aduersariis occupatus adportet incommodum. Cauendum quoque, ne per aestatem aut morbosa in proximo aut salubris aqua sit longius, hieme, ne pabulatio desit aut lignum, ne subitis tempestatibus campus, in quo manendum est, soleat inundari, ne sit in abruptis ac deuiis et circumsedentibus aduersariis difficilis praestetur egressus, ne ex superioribus locis missa ab hostibus in eum tela perueniant. Quibus caute studioseque prouisis, pro necessitate loci uel quadrata uel rotunda uel trigona uel oblonga castra constitues, nec utilitati praeiudicat forma, tamen pulchriora creduntur quibus ultra latitudinis spatium tertia pars longitudinis additur. Ita autem

V. L. Cap. VIII. 3 ſtatiuam εΠVP ſtadium D ſtatiua *uulgo* [uel] *Oudend.* 4 ciuitatiſ murate Π 6 conſidere Q conſiderare P occupatiſ aut ad δP 10 legere] elegere P_1 eligere DP_2 11 melior non poſſit Π 12 ab aduerſ. λδP ad aduerſ. Π [ab] adu. α *(in G supra lineam prima fortasse manu* ab *additum est)* 13 Cauendum quoque] Cauendumque Π morboſa in] morbuſ δ 14 aut] ſit aut Π 15 ne π de (De Q) ε 16 inundare δ [in] abruptiſ V [in] abruptuſ D 17 deuiiſ (deuiuſ D) et εδP deuiiſ ut Π d. ne *uulgo* 20 uel — uel — uel] ſiue — ſiue — ſiue δP 21 conſtituеſ δ conſtituenſ εΠP conſtituentur A_2 conſtituuntur *Giss.* praeiudicat. Forma MΠL 22 ultra lati[tudiniſ — longi]tudiniſ δ

S. L. Cap. VIII. 12 apportet Π 13 aeſtatem] ſtatem M 16 abruptiſ] arruptiſ Π 23 longitudiniſ additur] longiiniſ addiniſ additur α

ab agrimensoribus podismum mensurae colligi oportet, ut ad quantitatem concludatur exercitus. Nam propugnatores angusta constipant et ultra quam conuenit latiora diffundunt. Tribus autem modis definiunt castra muniri posse. Primum in unius noctis transitum et itineris occupationem 5 leuiorem, cum sublati caespites ordinantur et aggerem faciunt, supra quem ualli, hoc est sudes uel tribuli lignei, per ordinem digeruntur. Caespes autem circumciditur ferramentis, qui herbarum radicibus continet terram, fit altus semissem, latus pedem, longus pedem semis. Quod si terra 10 solutior fuerit, ut ad similitudinem lateris caespes non possit abscidi, tunc opere tumultuario fossa percutitur, lata pedes quinque, alta tres, cui intrinsecus agger excrescit, ut sine metu securus requiescat exercitus. Statiua autem castra aestate uel hieme, hoste uicino, maiore cura 15 ac labore firmantur. Nam singulae centuriae, diuidentibus campidoctoribus et principiis, accipiunt pedaturas et, scutis uel sarcinis suis in orbem circa propria signa dispositis, cincti gladio fossam aperiunt latam aut nouem aut undecim

---

V. L. 4 tribuſ a. m. d. c. m. p. *δP* treſ (triſ *M*) a. moduſ *(corr. in* -oſ *M;* modoſ *Π)* definiunt (diff. *Π*) foſſe (foſſæ *G*) *αΠ* treſ a. modoſ efficiunt (efefic. *L*) foſſaſ *λ* 5 tranſitu *ΠQ*₂ occupationem leuiorem *δ* occupatione leuiorem (-ē *A*) *α* occupatione leuiore *ΠλP* 10 ſemiſſem latuſ pedem longuſ pedem ſemiſ *α* ſ. latuſ [p. l.] ped. ſemiſ *Π* ſemiſ pedem latuſ p. longuſ p. ſ. *δP* ſemiſſe p̄ longū pedē ſemiſ *L* pedem ſemiſſem p̄ longum et pedem ſemiſ *Q* 12 abscindi *uulgo* percutitur *αΠ* percuitur *L* percircuitur *Q* perducitur *δP* praeducitur *Lipsius Oud.* 13 alta pedeſ treſ *δ* a. p. III *P* cuiuſ *uulgo* accreſcit *Π* 17 campiductoribuſ *Π* ſcutiſ et ſarc. *P* ſc. ac ſ. *uulgo* 18 circa propria ſigna diſpoſitiſ *A'VP* c. p. ſ. depoſitiſ *D* c. ſigna ꝓprioribuſ poſitiſ *Π* circa propria ſignatiſ poſitiſ *M* circa propriam ſignatiſ et diſpoſitiſ *λ* 19 cincti] cuncti *A'*

S. L. 1 agrimenſoribuſ] agrimeſſoribuſ *α* colligi] collegi *ε* quantitatem] -e *Π* 6 aggerem] aggere *Π* 7 ualli] balli *Π* triboli *Π* 8 caeſpeſ] cęſpiſ *A* caeſpiſ *M* ceſpiſ *λ* 9 qui] quae *α* 11 ſolucior *M* ad ſimilitudinem] a ſ. *M* caeſpeſ] ceſpeſ *μ* 15 maiorce cura *M* 18 orbem] urbem *α* 19 aperiunt] aperiant *Π*

aut tredecim pedibus uel, si maior aduersariorum uis metuitur, pedibus decem et septem, — imparem enim numerum obseruari moris est —; tunc saepibus ductis uel interpositis stipitibus ramisque arborum, ne terra facile dilabatur, 5 agger erigitur; supra quem ad similitudinem muri et pinnae et propugnacula conponuntur. Opus uero centuriones decempedis metiuntur, ne minus foderit aut errauerit alicuius ignauia, et tribuni circumeunt nec ante discedunt qui strenui sunt, quam fuerint uniuersa perfecta. Ne 10 tamen aliquis superuentus laborantibus fiat, omnes equites et pars peditum, quae non operatur, priuilegio dignitatis ante fossam in procinctu armata consistit et ingruentes repellit inimicos. Prima igitur signa locis suis intra castra ponuntur, quia nihil est uenerabilius eorum maiestate mili- 15 tibus, duci praetorium eiusque comitibus praeparatur, tribunis tabernacula conlocantur, quibus per contubernales deputatos ad munera aqua lignum et pabula ministrantur. Tunc pro gradu legionibus et auxiliis, equitibus et peditibus loca, in quibus papiliones tendant, deputantur in 20 castris, ac de singulis centuriis quaterni equites et quaterni pedites excubitum noctibus faciunt. Et quia inpossibile

V. L. 1 metuetur *αΠ* 2 X et VII *L* XVII *QD* XVIIII *P* decem et ſeptem uel nouem *St. Schw.* 3 obſeruare *δ* tum (dum *ex corr. Q*) *εP* 4 ſtipitibuſ *ΠVλP* ſtipibuſ *GD* ſtipibuſ *exigua lacuna* quę *A* ſtipib. q. *M* dilabatur] *corr. in* dilabetur *Π* delabatur *P* 5 Agger igitur *MΠ* agger erigitur *P* ſuper *uulgo* 6 opuſ uero *π'* opuſ *α* hoc opuſ *λ* op. uero *corr. in* opuſ hoc *P* decempediſ *V* decem pedeſ *εΠDP* 7 aut errauerit *μπ* aut terraberit *A'* aut eruerit *Lipsius* 8 et] id *δP* id etiam *uulgo* 12 et — repellit *π* et — repellet *α* ut — repellat *λ* 15 duci praetorium eiuſque comitibuſ (cõm. *M*) p. *απ* deinde praetorium [e. c.] p. *λ* deinde duci pr. eiusq. c. pr. *uulgo* tribuniſ *αΠ* hinc tribuniſ *λ* · A tribuniſ *D* ac tribuniſ *VP* munia *uulgo* 18 equitibuſ] et equitibuſ *π* 20 quaterni et equiteſ *A'*

S. L. 1 uiſ] uî *Π* 2 inparem *μ* 3 ſepibuſ *α* 6 componuntur *Π* 7 metiuntur] mentiuntur *Π* foderit] foderet (foederet *M*) *ε* 10 aliquiſ] aliquoſ *α'* ſuperuentuſ] ſuperuentoſ *Aμ* fiat] ſuperfiat *Π* 12 foſſam] foſſa *Π* in procinctu] in procincto (procuncto *Q*) *ε* in procinctum *Π* 14 benerabiliuſ Π_1 21 impoſſibile *Π*

uidebatur in speculis uigilantes singulos permanere, ideo in quattuor partes ad clepsydram sunt diuisae uigiliae, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit uigilare. A tubicine omnes uigiliae committuntur et finitis horis a cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni et probatissimos eligunt, qui circumeant uigilias et renuntient, si qua emerserit culpa, quos circumitores appellabant; nunc militiae factus est gradus et circitores uocantur. Sciendum tamen est equites extra uallum nocturnas excubias facere debere. Per diem autem castris positis, alii mane alii post meridiem propter fatigationem hominum equorumque agrarias faciunt. Inter praecipua conuenit ducem prouidere, siue in castris siue in ciuitate consistat, ut animalium pascua, subuectio frumenti ceterarumque specierum, aquatio lignatio pabulatio secura ab hostium reddatur incursu. Quod aliter non potest euenire, nisi per loca idonea, qua nostrorum ambulat commeatus, praesidia disponantur, siue illae ciuitates sint siue castella murata. Quod si non reperitur antiqua munitio, oportunis locis circumdata maioribus fossis tumultuaria castella firmantur. Nam a castris diminutiuo uocabulo sunt nuncupata castella. Intra quae in agrariis aliquanti pedites equitesque degentes tutum iter commean-

V. L. 1 in ſp. per totam noctem uigilanteſ *uulgo* 2 clepſydram *αL* clepſydãm (r *fortasse a 1*) *Q* clepſidra *Π* clepſidrã *P* clepſedrã *uel* depſedrã *V* clepſ *foramen membranae* drã *D* 4 [A] tubicineſ omneſ uigilię cõmitantur *LP* tubicineſ o. uigilię cõmittentur *Q* 5 [a cornicine] *R. M.* tribuni *ε VP* tribuniſ *corr. in* tribunoſ *Π* tribunoſ *D* 6 uig. circ. *uulgo* 7 circuitoreſ *uulgo* 7 circumituroſ *V* Nunc] Item *Π* 8 et] quoſ *Π* circitoreſ] certioreſ *δ* Sciendum tamen quod militeſ extra ballum n. exc. facere debere *Π* 9 excub.] uigiliaſ *δP* 11 agrariaſ] angariaſ (-oſ *Q*) *ε* 13 conſiſtit *Q in Par. 6503* a *non satis genuinum est* 18 ſunt *εP* 20 firmentur *Π* 21 caſ[tella f. — nuncupata caſ]tella *V* [quae] *V* in agrariiſ] in agraiſ *A* in angariiſ A_2

S. L. 6 circueant *M* 7 ſi qua emerſerit] ſi que (quę *G*) merſerit *α* 10 poſt meridie *M* 18 repperitur *α'G₂* 21 noncupata *M* 22 tutum] totum *A'*

tibus, praestant. Difficile enim hostis ad ea loca audet adcedere, in quibus a fronte et a tergo nouit aduersarios commorari.

Quae et quanta consideranda sint, ut intellegatur, utrum superuentibus et insidiis an publico debeat Marte confligi.

VIIII. Quisquis hos artis bellicae commentarios ex probátissimis auctoribus breuiatos legere dignabitur, quam primum rationem proelii depugnandique cupit audire praecepta. Sed conflictus publicus duarum aut trium horarum certamine definitur, post quem partis eius, quae superata fuerit, spes omnes intercidunt. Ideo omnia ante cogitanda sunt, ante temptanda, ante facienda sunt, quam ad ultimum ueniatur abruptum. Boni enim duces non aperto proelio, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper adtemptant, ut integris suis, quantum possunt, hostes interimant uel certe terreant, in qua parte quae necessaria admodum sunt ab antiquis reperta perscribam. Praecipua ars et utilitas ducis est, ut adhibitis ex uniuerso exercitu scientibus belli et sapientibus uiris de suis et hostium copiis saepius tractet, omni, quae plurimum nocet, adulatione summota, utrum maiorem numerum pugnatorum ipse an hostes habeant, utrum ipsius an aduersariorum homines magis armati sint et muniti, qui magis exercitati, qui sint in necessitatibus fortiores. Quaerendum etiam, utra pars

V. L. 1 audeat *ε* 2 et a f. *uulgo*

Cap. VIIII. 5 dignabitur] conatur *Π* 6 rat.] legem *uulgo* 7 aut] uel *uulgo* 8 difinitur *Q* finitur *Π* poſtquam *λ uulgo* 9 fuerat *Π* ſpeſ om̃ſ (omneſ *GP*) intercidunt (intercedunt *α'* interced. *corr. in* intercid. *Q*) *εP* ſpeſ om̃ſ (om̃iſ *Π* omniſ *δ*) intercidit *π'* *sed in D* intercidit *ita exaratum est, ut illud exemplum, quo librarius est usus,* intercidunt *praebuisse uideatur* 10 cogitanda [ſunt] *Π* fac. [ſ.] *uulgo* 11 aperto marte proelium *δP* 12 [ex] occulto *Π* 13 integriſ ſuiſ] *A'δP* in tergiſ ſuiſ *μ* imparatoſ (*ex* -uſ) *Π* quanto *D* quantoſ *ΠVP* poſſint *uulgo* interim.] interficiant *Π* 14 uel certe *Lang* certe uel *O* quae *πλ* qua *α'* quã *G* 15 perſcr.] deſcribam *δP* 22 quaerend.] q. eſt *δ*

S. L. 2 accedere *μΠ*

Cap. VIIII. 7 conflictuſ publicuſ] conflictoſ publicoſ *α'* 8 partiſ] patriſ A_1 11 abruptum] abruptu *Π* 20 hoſteſ] hoſtiſ *Π* 21 exercitati qui] exercitatiquę *A* exercitatiq. *M*

equites, utra pedites habeat meliores, sciendumque in peditibus uel maxime consistere robur exercitus; et inter ipsos equites, quis contatis, quis sagittariis antecedat, quis plures loricas induat, quis utiliores equos adduxerit; postremo loca ipsa, in quibus pugnandum est, utrum inimicis 5 an nobis uideantur adcommoda; — nam si equitatu gaudemus, campos debemus optare, si pedite, loca eligere angusta, fossis paludibus uel arboribus inpedita, et aliquotiens montuosa —; cui magis uictus abundet aut desit; nam fames, ut dicitur, intrinsecus pugnat et uincit saepius sine 10 ferro. Vel maxime autem tractandum est, utrum expediat necessitatem protrahi an celerius dimicari; interdum enim sperat aduersarius expeditionem cito posse finiri et, si dilatus fuerit in longum, aut penuria maceratur aut desiderio suorum reuocatur ad propria aut nihil magnum fa- 15 ciens per desperationem abire conpellitur. Tum fracti labore et taedio plurimi deserunt, aliquanti produnt, aliquanti se tradunt, quia aduersis rebus rarior fides est et nudari incipit qui copiosus aduenerat. Ad rem pertinet, qualis ipse aduersarius uel eius comites optimatesque sint, nosse, 20 utrum temerarii an cauti, audaces an timidi, scientes artem bellicam uel ex usu an temere pugnantes; quae gentes cum

V. L. 1 equiteſ utra parſ peditef λ 2 [uel] maxime λ 3 quiſ *uulgo* qui *O* quiſ *uulgo* qui πGλ q; (q. *M*) α' 4 induat] habeat *Π* inducat *V* 5 loca [ipſa] *Π* 7 pedite λδP pediti α peditū *Π* eligere deuemuſ a. *Π* 9 aut α'*Π* au^{t} λG an deſit δP 10 utrinſecuſ *Scr.* ſine f.] quam ferrum extrinſecuſ λ 11 [uel] maxime λ 14 dilatuſ *ΠVP* delatuſ α delata λ ptelatuſ *D* dilata *uulgo* 16 tunc *uulgo* 18 aduerſariiſ δP aduerſariuſ λ et] ut ε 19 pertinet] p. noſſe *Π* 20 [optimateſ] qui ſint δP [noſſe] *Π* 21 an cauti] aut (au^{n}t *Q*) μP 22 uel ex uſu an temere p. π uel ex uſtatemere (-timere A_1; *in G corr. in* uel ex uſu temere) p. α uel non ex uſu [a. t. p.] λ an non ex uſu an t. p. *St.* an non uel ex uſu an tem. p. *Oud.* an ex uſ. t. p. *uulgo* quae (q. *M*)

S. L. 2 robor *A'* 3 anteced≡at *A* 6 adcommoda] accommoda *Π* equitatu] equitato α' equitatū *Π* 8 impedita *MΠ* 9 habundet *A'λ* 10 fameſ] famiſ α' 16 diſperationem ε habire *A* compellitur *Π* francti *A* 19 qualiſ] qualeſ A_1 20 aduerſariuſ] -oſ α' 21 artem] arteſ artem α'

his fortes, quae ignauae sint; nostra auxilia cuius fidei quarumque sint uirium; quos animos illius copiae, quos habeat noster exercitus; quae pars sibi magis uictoriam repromittat. [Eiusmodi enim cogitationibus uirtus augetur aut frangitur. Desperantibus autem crescit audacia adhortatione ducis et, si nihil ipse timere uideatur, crescit animus, si ex insidiis uel occasione aliquid fortiter feceris, si hostibus aduersae res coeperint euenire, si uel infirmiores aut minus armatos ex inimicis potueris superare.] Cauendum enim est, ne dubitantem formidantemque exercitum ad pugnam publicam aliquando producas. Interest, utrum tirones an ueteres milites habeas, et utrum ante breue tempus in expeditionibus fuerint an annis aliquot in pace durarint; nam pro tironibus accipiendi sunt qui pugnare longo tempore desierunt. Sed cum legiones auxilia uel equites ex diuersis aduenerint locis, dux optimus et separatim singulos numeros per tribunos electos, quorum scitur industria, ad omnia genera exercere debet armorum et post in unum collectos quasi depugnaturos conflictu publico exercebit ipse saepius temptabitque, quid artis

V. L. gentef cum h. fortef quae ign. ſint α'π' fortef gentef an ignauae (-e *Q*) ſint λ quae g. cum hif f. quaeue i. f. *G* q. g. c. h. f. quaeue ignaue [f.] *P* q. g. c. hif, fortef an ignauae *Oud.* 3 habeat n. e. *Gπ* debeat n. (ñt A_1) e. α' debeat n. ex. ſperare λ 4 [Eiusmodi — ſuperare] *Gemoll* 7 fecerit — (9) potuerit — (11) producat — (12) habeat *Π* 8 [ſi] hoſtibuſ λ 10 enim] autem *uulgo* 11 ad publicam pugnam π 12 [et] *uulgo* [utrum] λ et] ſed ε 13 an anniſ aliquot (-od *V*) i. p. durarint (durauerint *Π*) *ΠV* an anniſ aliquoſ i. p. durarent α' a. p anniſ (annio̊ſ *Q*) aliquoſ i. p. durarent λ a. annoſ aliquoſ i. p. durarint (-ent *G*) *GP* an durarint in pace aliquot anniſ *D* 16 optimuſ (obt. *Q*) *O* optimoſ *Scr. Schw.* 17 delectoſ *Π* uel electoſ δ 18 omni genere δ*P* 19 depugnaturuſ *P* 20 exercebit ipſe ſaepiuſ temptabitque *sine interpunctione Lang* exercebit (-ät *M*). Ipſe *etc. O* exercebit ipſe. Saepiuſ *etc. Scr. Schw.* tempta-

S. L. 2 uirium] uirtuſ *Π* 3 parſ ſibi] parſ ibi α 5 audatia μ adortatione μ 6 animiſ *Π* 7 occaſione] occaſionē *M* 8 coeperint] cęperint *Π* 11 puplicam *Π* 13 breue] breuē *Π* 16 aduenerint] aduenerit *M*

possint habere, quid uirium, quemadmodum sibi ipsi consentiant, utrum ad tubarum monita, ad signorum indicia, ad praecepta uel nutum suum diligenter obtemperent. Si erraut in aliquibus, exerceantur atque doceantur, quamdiu possint esse perfecti. Si uero in campicursione, in sagittando, in iaculando, in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi, ne sic quidem temere sed occasione capta ad publicam ducendi sunt pugnam; sed ante minoribus proeliis inbuendi. Dux itaque uigilans sobrius prudens, tamquam de ciuili causa inter partes iudicaturus, adhibito consilio de suis et aduersarii copiis iudicet. Et si multis rebus superior inuenitur, oportunum sibi non differat inire conflictum. Si uero aduersarium intellegit fortiorem, certamen publicum uitet; nam pauciores numero et inferiores uiribus superuentus et insidias facientes sub bonis ducibus reportauerunt saepe uictoriam.

Quid oporteat fieri, si quis desuetum a pugna exercitum habeat uel tironem.

X. Omnes artes omniaque opera cotidiano usu et iugi exercitatione proficiunt. Quod si in paruis uerum est, quanto magis decet in maximis custodiri. Quis autem dubitet artem bellicam rebus omnibus esse potiorem, per quam libertas retinetur et dignitas, propagantur prouinciae, conser-

V. L. bitque quid *V* temptauit quęquid *A* temptauit quae quid *M* temptabit quęquid *Q* temptabitquae quid *L* t. quiquid *G* t. quicquid *DP* temptauitq; quid *Π* 1 poſſit *λ* uirium *μδP* uirū $Π_1$ uerum *G* uerā *A* 6 in ordinanda acie *εδ* in ordinando aciē *Π* in ordinando (*corr. in* -a) acie *P* 7 ne ſic quidem *δP* nec ſit quidem *(ad lectionem codicum μ rasura reuocatum G) A'* nec ſic quidem *μΠ* 8 ducendi *εP* deducendi *δ* iacendi *Π* ſint *Π* 9 Dux itaque u. ſ. pr. *εΠ* dux prudenſ erit uig. atque ſobriuſ *V* dux erit uigilanſ atque ſobr. prudenſ *D* Dux itaque uig. atque ſobr. et pr. *P* 12 non] ne *uulgo* 13 fortiorem] potiorem *εP* 15 reportauerant (-ant *Q*) *ε*

Cap. X. 20 dubitat *P* 21 reteneatur *M* et d.] indignitaſ *δ* propagantur prouinciae conſeruatur i. *Π* propagatur

S. L. 1 quemammodum *Π* 7 temere ſed] temereſ ſed *α'* 7 capta] capita *Aμ* 8 imbuendi *Π* 10 adibito *Π* 13 intellegit] intellegi $Π_1$ intelleget *ε* 14 pautioreſ *α* ſuperuentuſ] ſuperuentoſ *A'*

Cap. X. 21 retenetur A_1

uatur imperium? Hanc quondam relictis doctrinis omnibus Lacedaemonii et postea coluere Romani; hanc solam hodieque barbari putant esse seruandam; cetera aut in hac arte consistere omnia aut per hanc adsequi se posse confidunt; haec
5 dimicaturis est necessaria, per quam uitam retineant et uictoriam consequantur. Dux ergo, cui tantae potestatis insignia tribuuntur, cuius fidei atque uirtuti possessorum fortunae, tutela urbium, salus militum, reipublicae creditur gloria, non tantum pro uniuerso exercitu sed etiam pro
10 singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Si quid enim illis eueniat in bello, et ipsius culpa et publica uidetur iniuria. Ergo si tironem uel diu armis desuetum exercitum ducit, singularum legionum siue auxiliorum necnon etiam uexillationum uires animos consuetudinem diligenter
15 exploret. Sciat etiam, si potest fieri, nominatim, quis comes, quis tribunus, quis domesticus, quis contubernalis quantum possit in bello; auctoritatem seueritatemque maximam sumat, omnes culpas militares legibus uindicet, nulli errantium

---

V. L. prouintiae conferuantur i. α' propagatur prouinciae (-tię Q) conferuantur et imp. λ propagatur. prouintię conferuantur. imperium (*2 supra l. post* i. *addidit* roboratur) G propugnatur prouintiae conferuatur imperium δ propagatur propugnantur pr. conferuatur i. P 1 [doctr.] λ 2 post *uulgo* coluere π *Förster* confuluere (confoluere A) ε 3 cetera omnia a. i. h. a. c. aut π 4 [omnia] *uulgo* 5 dimicaturif π dimicatorif α' dimicatoribuf Gλ 7 fidei atque Π_2 *in l. er.* 8 fort. tutela Lπ *(sed* -tune tutele Π_2 *in l. a 1 vacuo relicto)* f. tutelę (tutile α') αQ faluf militũ faluf reipublice *(sed* f. r. *in l. er.)* Π creditur] treditur A traditur G 9 non ref tantũ ꝑ uniuerfo *(sed* tant. ꝑ uni *in l. er.)* Π pro fingulif Π in *l. er.* 10 debet exercituf effe follicituf *(sed* effe follicituf *in l. er.)* Π 11 c. e. p. uideatur (-atur V) δP culpa publica culpatur Π 12 tyronem uel diu α tyr. uel de Π t. aut diu δP tyrannuf diu λ 13 [fiue — etiam] λ 14 uexillationef λ 17 poffit; in bello a. *Oudend.* [feueritatem]que δ

S. L. 1 doctrinif] doctrif M 4 hac] ac Π affequi Π 5 reteneant α 7 poffefforum] -em $A\Pi_1$ 10 contubernialibuf M 11 puplica Π 13 legionum] regionum Π 14 uixillationum A' 17 auctoritatem] auctoritate Π feueritatemque maximam] feueritatemquę maximam A feueritatem quae maxima M

credatur ignoscere, in diuersis locis, in diuersis occasionibus omnium experimenta *prae*cipiat. His, ut oportet, curatis, cum dispersi ad praedandum securi oberrant hostes, tunc probatos equites siue pedites cum tironibus aut inferioribus mittat, ut ex occasione fusis inimicis et illis peritia et reliquis crescat audacia. Ad transitus fluuiorum, ad praecipitia montium, ad siluarum angustias, ad paludum aut uiarum difficultates superuentus nullo sciente disponat atque ita iter suum temperet, ut cibum capientes aut dormientes aut uacantes certe, securos inermes discalciatos, destratis equis, nihil suspicantes ipse paratus inuadat, quatenus in huiusmodi certaminibus sui fiduciam colligant. Nam qui ante longum tempus aut omnino numquam uiderunt homines uulnerari uel occidi, cum primum aspexerint, perhorrescunt et pauore confusi de fuga magis quam de conflictu incipiunt cogitare. Praeterea si excurrant aduersarii, longo itinere fatigatos adgrediatur [et] ultimos uel certe insperatus superueniat; eos etiam, qui longe a suis aut pabuli aut praedae gratia commorantur, subito occupet cum dilectis. Illa enim

V. L. 1 credat *δP* [locis i. d.] *Π* 2 praecipiat *uulg.* percipiat (-et *G*) *O cf.* III, 26 c. antea exper. n. c. 3 ſecuri *εΠ* ſecuribuſ *V* ſecurioribuſ *D* ſecurioreſ *P* 4 aut] et *λ uulgo* 8 difficultateſ ſ. *GP* difficultate ſ. *α'* difficultatem ſ. *λπ'* n. ſc.] nonnulloſ ſcienter *λ* 9 iter s. ita *uulgo* 10 uaganteſ c., ſ. *St.* bacchantes, c. ſ. *Scriuer. R. M.* diſcalciatoſ ΠP_2 diſcultioſ (-cioſ *G*) *εδP* deſtratiſ *St. Oud.* diſtratiſ *V* inſtratiſ *Π* diſtractiſ *εDP* 11 equiſ] equidē *Π* paratuſ *π* paratoſ *α* inparatoſ *λ* quatinuſ *δ* [in] *Π* 14 aſpexerint *μGδP* aſpexerint *in l. er. Π* aſpexerunt *A* perh.] orreſcunt *L*≡orreſcunt *Q* (*erasa litt. non fuit* p) 15 -fuſi de fuga *a 2 in l. er. Π* incipiunt] -cipiunt *i. l. er. Π* 16 longo in itinere *Π* 17 fatigatoſque *Π* aggred. et ul. *a 2 i. l. er. Π* [et] ultimoſ *Lang* aut ultimoſ *Kortlianus 2* :[et] ultimoſ *Ed. Colon.* uel certe *εP* aut certe *δP* certe uel *Ed. Col.* [uel] certe *R. M.* inſperatuſ *Lang* inſperatoſ *εP* inſperato *δ* inparatoſ *Π* ſuperu.] inueniat *Π* 18 praedae] potuſ *Stewech.* 19 delectiſ *a 2 in l. er. Π* delectiſ *δP*

S. L. 3 praedandum] p̄hendandum A_1 4 probatoſ] probatiſ A_1 5 hoccasione *Π* 8 ſuperuentoſ *α* 10 inhermeſ *A* 12 fidutiam *μ* 14 perorreſcunt *α'* perhorreſcant *Π* 15 conflictu] conflicto A_1 17 aggrediatur *Π* 18 a ſuiſ aut pabuli] a ſuiſ aut pabuliſ *Π*

ante temptanda sunt, quae si male cesserint, minus noceant, si bene, plurimum prosint. Inter hostes discordiarum serere causas sapientis est ducis. Nulla enim quamuis minima natio potest ab aduersariis perdeleri, nisi propriis simul-
5 tatibus se ipsa consumpserit. Nam ciuile odium ad inimicorum perniciem praeceps est, ad utilitatem suae defensionis incautum. Unum illud est in hoc opere praedicendum, ut nemo desperet fieri posse quae facta sunt. Dicat aliquis: Multi anni sunt, quibus nullus fossa aggere ualloque man-
10 surum circumdat exercitum. Respondebitur: Si fuisset ista cautela, nihil nocturni aut diurni superuentus hostium nocere potuissent. Persae imitantes Romanos ductis fossis castra constituunt, et, quia harenosa sunt prope omnia, saccos, quos inanes portauerant, ex puluerulenta, quae effoditur,
15 terra complent eorumque cumulo aggerem faciunt. Omnes barbari carris suis in orbem conexis ad similitudinem castrorum securas a superuentibus exigunt noctes. Veremur, ne discere nequeamus quae a nobis alii didicerunt? Haec ex usu librisque antea seruabantur, sed omissa diu nemo
20 quaesiuit, quia uigentibus pacis officiis procul aberat necessitas belli. Sed ne inpossibile uideatur reparari disciplinam, cuius usus intercidit, doceamur exemplis. Apud ueteres

---

ut hostes, die orta cum intellexissent, non possent conprehendere praecedentes. Praeterea leuis armatura praemittebatur ad colles, ad quos subito totus reuocaretur exercitus, et si hostes insequi uoluissent, a leui armatura, quae ante occupauerat locum, additis equitibus fundebantur. Nihil enim periculosius existimant, quam si inconsulte insequentibus ab his, qui in subsessa fuerint uel qui ante se parauerint, obuietur. Hoc tempus est, quo oportune collocantur insidiae, quia aduersus fugientes maior audacia et minor cura est. Necessario autem amplior securitas grauius solet habere discrimen. Inparatis, cibum capientibus, in itinere lassis, equos suos pascentibus ac nihil tale suspicantibus superuentus adsolent fieri. Quod et nobis uitandum est et hosti in eiusmodi occasionibus pernicies inferenda. Hoc enim casu obpressis nec uirtus potest nec multitudo prodesse. Qui in acie publica uincitur pugna, licet et ibi ars plurimum prosit, tamen ad defensionem suam potest adcusare fortunam; qui uero superuentum insidias subsessas passus est, culpam suam non potest excusare, quia haec uitare potuit et per speculatores idoneos ante cogno-

V. L. 1 [die o.] δ d. orto *uulgo* 2 ꝓcedenteſ *A* 3 ad quoſ π atque α' ad quã *G* [ad q.] λ quo *Oud.* totuſ *Kortt. 2 Stew.* totu^r^ *(hoc ſ a manu satis antiqua est additum, non ab ea, quae passim hunc codicem correxit (XV. saeculi)) A* tuto *Gμπ* reuocarentur μ 4 hoſtiſ — uoluiſſet *Π* occupauerant ε 5 fundebantur *GΠP* fundebatur α'δ funderent *L* fundere *Q* defendebantur *Stewech. Schweb.* 7 ſe parauerint] repedauerint *Π* 8 obuietur π' *Förster* obſeruetur εP obſeruentur (*et antea* inſequenteſ) *Stew.* obſeruentur (*relicto* inſequentibuſ) *Oud.* Hoc (quo μP) tempuſ eſt quo ([quo] λP) o. c. (collocari *P*) i. quia aduerſum fug. m. a. e. m. c. e. *rubris litteris pro titulo scribuntur in εP* 9 quia] q *Π* 11 Inp.] In imparatiſ π' 15 [caſu] *M a 2 in marg. additum* 16 qui π' quia εP quia qui *uulgo* publica] publica qui λ 17 defenſionem] offenſionem *A'* 20 uitare *A'* euitare μ et uitare π

S. L. 1 orta] horta ε poſſent] poſſint α poſſe *Π* compr. *Π* 8 conlocantur *Gμ* 11 cibum] ciuum A_1 12 ac] hac α' 13 ſuperuentuſ] ſuperuentoſ α' aſſolent *Π* 14 hoſti] hoſtiſ *Π* 15 oppreſſiſ *MΠ* 16 uincitur] uincetur α et ibi] et tibi *A'* 18 accuſare *GλΠ* fortunam] fortuna *Π*

scere. Cum receditur, talis fraus fieri consueuit. Recto itinere pauci equites insecuntur, ualida manus occulte per alia mittitur loca; ubi ad agmen inimicorum peruenerint equites, temptant leuiter atque discedunt; ille credit quic-
5 quid insidiarum fuerat praeterisse et sine cura resoluitur ad neglegentiam; tunc illa manus, quae secreto itinere destinata fuerat, superueniens obprimit ignorantes. Multi, cum ab hoste discedunt, si per siluas ituri sunt, praemittunt qui angusta uel abrupta occupent loca, ne ibidem
10 patiantur insidias; et rursus post se praecisis arboribus uias claudunt, quas concaedes uocant, ut aduersariis facultatem adimant persequendi. Et paene utrique parti in itinere ad subsessas communis occasio est: nam qui praecedit, oportunis uallibus uel siluosis montibus [quas] post
15 se relinquit insidias, in quas cum inciderit inimicus, recurrit ipse et adiuuat suos; qui uero sequitur, auersis semitis longe ante destinat expeditos et praecedentem aduersarium arcet a transitu deceptumque a fronte et a tergo concludit. Dormientibus noctu aduersariis et qui praecessit potest re-
20 gredi et qui sequitur, quantumuis intersit, potest superuenire per fraudem. In transfretatione fluuiorum qui prae-

V. L. 1 fieri] ita fieri *δP* 2 inſ.] conſequuntur *uulgo* 3 peruenuiunt *δP* 4 illi credunt *δP* 5 fuerat *εΠ* fuerit *VP* fuit *D* reſoluitur *ε* ſoluitur *Π* ſoluuntur *δP* 9 qui] ut *Π* 11 concaedeſ *Modius* concedæſ (*sic; ipse correxit* a *in* e) *A* concedeſ *λ* concedenſ *M* concedeſ *ex* concedunt *corr. G* concideſ *δP* cõpedeſ *Π* 15 relinquit *δ* relinquid *Π* reliquit *A'λP* reliquid *M* quaſ *ε* quaſi *π* aliquaſ A_2 *Giss. uncis inclusserunt* quaſi *Stewech. Scriuer.* quaſi *ex illo* quaſ *natum est, quod ipsum fortasse ex sequenti* quaſ *inrepsit* 16 auerſiſ (uerſiſ L_1) *ε* aduerſiſ *π uulgo* 17 et *απ* ut *λ* 18 arcet a tranſitu *Π* arceat tranſitu *ε* arcet ad tranſitum *δP* deceptumque] deſertumque *Π* concludit *π'* concludet *εP* concludat *uulgo* 20 ſuperuenire per fr. *εP* ſ. qui fr. *Π* peruenire ad f. *δ*

S. L. 1 receditur] reciditur *Aμ* 2 inſequuntur *Π* 3 mittetur *ε* 6 neclegentiã Q_1 7 obprimit] obp̄mit A_1 opprimit *MΠ* multiſ *A* 10 paciantur *μ* 12 adimant] ademant *α'* adhimant *Π* 13 praecedit] -et *M* 15 inimicuſ] -oſ *Π* 16 adiubat A_1 17 diſtinat *A'*

cedit illam partem temptat opprimere, quae prima transiuerit, dum reliqui alueo separantur; qui autem sequitur festinato itinere, illos, qui nondum potuerunt transire, conturbat.

XXIII. Camelos aliquantae nationes apud ueteres in acie produxerunt et Vrcilliani intra Africam † uel ceteri Mazices hodieque producunt. Sed genus animalium, harenis et tolerandae siti aptum, confusas etiam in puluere uento uias absque errore dirigere memoratur. Ceterum praeter nouitatem, si ab insolitis uideatur, inefficax bello est. Catafracti equites propter munimina, quae gerunt, a uulneribus tuti, sed propter inpedimentum et pondus armorum capi faciles et laqueis frequenter obnoxii,

De camelis et catafractis equitibus.

V. L. 1 tranſierit π 3 nondum $\mu\Pi$ *Förster* non[d.] $A'\delta P$

Cap. XXIII. 5 in aciem λP et] ut λ urcilliani $\alpha\Pi$ urciliani δ (urcĕliana manus *Coripp. Johann. V 390*) turcilliani λ circiliani P uſillani *teste Scr. Ortel.* circitani *uel* uſitani *Scr.* intra africã π in affricam ML in africã AQ in africa G *uulgo* in terra Africa *Scriu.* [i. A.] *suspicor* 6 uel ceteri mazicef Π uel ceteri mazetef *(uoci* ceteri *in Q* f *adsutum est)* μG u. c. macetef A uel c. manziceſ P ueleteri manziceſ V uel ceterae nationeſ D [u. c.] macetef *uulgo* [u. c.] mazaceſ *siue* mazuceſ *Scriuer.* cirtaei mazuceſ *Oudend.* genuſ] g. hoc λP hoc g. *uulgo* 7 tolerandae ſiti δP tolerandae ſitiſ Π toleranda ẽ (eſt G) ſiti α tollerabile ſiti *quod praecedit* et *omisso* λ [in] puluere [uento] *Stew.* in puluerulento *Rolandius auct. St.* 9 praeter] propter ΠP ſi ab inſolitiſ u. $G\pi'$ ſi ab inſoliſ u. α' ſi ab inſolutiſ u. *corr. (a 2?)* *in* ſi hoc uti u. P ſi hoc uti u. λ [ſi ab i. u.] *Modius a. St.; recte defendit Otto; 'Considera, lector, num hic aliquid lateat de* olore *uel* ululatu *siue barritu camelorum' Oud.* 10 [bello] P_1, *in margine additum fortasse ab ipso* 11 [a] ε uuln. quidem *uulgo* 12 faciles et laqueiſ *Giss.* facileſ et laqueiſ (*uel* alioquin) *Oud.* facileſ et aliquae hiſ D facileſ et alia quae hiſ V facileſ et alia quib. Π facile eſt alia quae hiſ α' facile eſt aliaque hiſ G f. e. alaque (*seq.* obnoxia) A_2 eoſ facile eſt q̃m λ eoſ facile ẽ & quoniã (hoc uerbum *i. l. er. a 2*) P eoſ facile eſt quoniam *uulgo* frequenter funt 2 obnoxii Π fr. obnixi *uulgo*

S. L. 1 obprimere λ

Cap. XXIII. 7 arenif αL arenif Q *(spiritus ille asper num ab 1 additus?)* 10 catafracti equiteſ] catafracte equiteſ A catafractae equiteſ M 11 impedimentum Π

contra dispersos pedites quam contra equites in certamine meliores, tamen aut ante legiones positi aut cum legionariis mixti, quando comminus, hoc est manu ad manum, pugnatur, acies hostium saepe rumpunt. XXIIII. Quadrigas falcatas in bello rex Antiochus et Mithridates habuerunt. Quae ut primo magnum intulere terrorem; ita postmodum fuere derisui. Nam difficile currus falcatus planum semper inuenit campum et leui inpedimento retinetur unoque adflicto aut uulnerato equo decipitur. Sed maxime hac Romanorum militum arte perierunt: ubi ad pugnam uentum est, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt, in quos currentes quadrigae cum incidissent, deletae sunt. Tribulus autem est ex quattuor palis confixum propugnaculum, quod, quoquomodo abieceris, tribus radiis stat et erecto quarto infestum est. Elefanti in proeliis magnitudine corporum, barritus horrore, formae ipsius nouitate homines equosque conturbant. Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit, postea Hannibal in Africa, rex Antiochus in Oriente, Iugurtha in Numidia

Quomodo quadrigis falcatis uel elefantis in acie possit sis

V. L. 1 *In distinguendis membris totius huius periodi Oudendorpium secutus sum maximam partem* equiteſ. In c. *uulgo* melioreſ. tamen π' Melior ē (eſt G) tamen α ſunt, Melior (-uſ Q_2) eſt tamen λ melivſ tamen ē *(illud* vſ *a 2 in l. er.; item* ē *a 2 in margine adsutum est) P* 2 aut ante] ut ante Π aut a. λ legionarii$^{s\,2}$ A 3 mixti ſint (ſunt Q) λ manū ad m. $\mu\Pi$ 4 ac.] et acieſ λ Cap. XXIIII. 5 mitridateſ (-iſ α') O 13 ex quattuor] *hic desinunt excerpta Korttiana 2* [ex] q. *uulgo* confixiſ in *corr. ex* confixum Π propugnaculo α' 14 quoquomodo MD quomodo $A'\Pi V\lambda P$ abiecerīſ δP adiecerīſ Π abiectiſ αQ abietiſ L [et] Π 15 quarto] quoque quarto Π 16 corporiſ A 17 conturbant] exterrent Π 18 in lucaniā P pirrhuſ V pyrruſ $\varepsilon\Pi$ pirruſ DP hannibal $\Pi VP\lambda$ annibal α' annibal DG in africa] i. italia Π 19 iugurtha Π iugurta $\varepsilon\delta P$

S. L. Cap. XXIIII. 7 falcatuſ] falcatoſ A_1 8 retenetur α' uno] unu M adflicto] afflicto Π adflictu μ adflicti A_1 9 hac] hoc A bac M_1 10 arte] artem α' 12 incediſſent M 13 triboluſ Π 14 radiiſ ſtat] radiſiſtat A_1 radiſiſtā M 15 elefanti] elephanti $M\Pi$ *et ita (exceptis tribus locis M) semper* 16 barrituſ] barritoſ α' barritu Π 17 equoſque] quoſque μ 19 numidia] ouidia M nomidia A_1

copiosos habuerunt. Aduersus quos diuersa resistendi excogitata sunt genera. Nam et centurio in Lucania gladio manum, quam promuscidem uocant, unius abscidit, et bini catafracti equi iungebantur ad currum, quibus insidentes clibanarii sarisas, hoc est longissimos contos, in elefantos 5 dirigebant. Nam muniti ferro nec a sagittariis, quos uehebant beluae, laedebantur et earum impetum equorum celeritate uitabant. Alii contra elefantos catafractos milites inmiserunt, ita ut in brachiis eorum et in cassidibus uel umeris aculei ingentes ponerentur e ferro, ne manu sua 10 elefas bellatorem contra se uenientem posset adprehendere. Praecipue tamen uelites antiqui aduersum elefantos ordinauerunt. Velites autem erant iuuenes leui armatura et corpore alacri, qui ex equis optime missibilia dirigebant. Hi equis praetercurrentibus ad latiores lanceas uel maiora 15 spicula beluas occidebant, sed crescente audacia postea collecti plures milites pariter pila, hoc est missibilia, in elefantos congerebant eosque uulneribus elidebant. Illud

V. L. 1 copioſoſ] cirquoſoſ (circuoſuſ *M*) *ε* aduerſum *δP* e. ſ.] excogitarunt *ε* 2 genera. Nam et centurio *δP* genera. Nam et minuciuſ centurio quarte legioniſ primuſ aſtatuſ *(cf. Flor. I 13, ubi tamen* primuſ *non apparet et hodie* Numiciuſ *non* Minuciuſ *legitur) Π* genera armatorum; turio *α* genera armarum. Turio *L* g. armorum. Turio *Q* genera armorum. Nam et centnrio *omisso quod praecedit* reſiſtendi *uulgo* 3 uniuſ *Florus Π* huiuſ *D* hui *V* uni *εP* 4 catafractati *ΠV* 5 [clib. — h. eſt] *λ* 6 [quoſ] M_1 7 [b. laed.] *Π* 8 catafractatoſ *ΠV* 10 ne [manu ſua] *εP* 13 [et] corpore *ε* 14 ex equiſ *π* et equiſ *ε* et ex equiſ *suspicor* optimiſ *δP* miſſilia (*corr. ex* miſſibilia *Π*) *ΠP* miſſilia opt. *uulgo* 15 praecurrentibuſ *P Oudend.* 17 miſſilia (*corr. ex* miſſibilia *Π*) *ΠP* 18 congerebant] congregabant *δ*

S. L. 1 diuerſa] aduerſa *α* 3 manum] -u *Π* promuſcidem] promoſchidem *Π* abſcidit] abſcidet *α'* 5 clibanarii ſariſaſ] cliuanariiſ ariſaſ *A'* clibanariiſ ariſaſ *M* elefantoſ] elephanto *Π* 6 muniti] moniti M_1 7 impetum] impetu *Π* 8 immiſerunt *Π* 10 umeriſ] *MQ* meriſ *L* humeriſ *A'π* punerentur *α'* 11 elefaſ] elefanſ *ε* elephanſ *δ* elefanteſ *P* poſſet] poſſit *ε* apprehendere *Π* 15 hii *A* 16 criſcente A_1 audatia *M*

additum est, ut funditores cum fustibalis et fundis rotundis lapidibus destinatis Indos, per quos regebantur elefanti, cum ipsis turribus affligerent atque mactarent, quo nihil tutius inuenitur. Praeterea uenientibus beluis, quasi inrupissent aciem, spatium milites dabant. Quae cum in agmen medium peruenissent, circumfusis undique armatorum globis cum magistris absque uulneribus capiebantur [inlaesae]. Carroballistas aliquanto maiores — hae enim longius et uehementius spicula dirigunt — superpositas curriculis cum binis equis uel mulis post aciem conuenit ordinari, et, cum sub ictum teli accesserint, bestiae sagittis ballistariis transfiguntur. Latius tamen contra eas et firmius praefigitur ferrum, ut in magnis corporibus maiora sint uulnera. Aduersum elefantos plura exempla et machinamenta rettulimus, ut, si quando necessitas postulauerit, sciatur, quae sint tam inmanibus beluis opponenda.

Quid fieri debeat, si uel pars fugerit uel totus exercitus.

XXV. Sciendum uero est, si pars exercitus uicerit et pars fugerit, sperandum, cum in eiusmodi ne-

---

V. L. 1 fuſtibaliſ] fundibaliſ δ 2 indoſ] in hoſ (hoſ Q) λP 4 quaſi] qua *uulgo* 8 [inlaeſae] *ut otiosum inclusi* carrobaliſtaſ $\Pi Q_1 P$ aliquantum $A\mu$ hae (he VQ) $G\mu VP$ hec A haec D hi Π 10 curriculiſ] curribuſ δP *uulgo* biniſ] boniſ ε uel muliſ poſt a. c. ord. (*cf.* II, 25) Π aut muliſ p. aciem [o. o.] V aut muliſ p. ac. [c.] ord. DP [uel m. p. a. c.] ordinari (ordinart A_2) ε aut m. p. a. ordinari *praemissis* utile eſt et *uocabulo* carroballiſtaſ *ac deleto* inlaeſae *Oudend.* aut m. p. a. ordinari conuenit *uulgo* 11 ſub ictum *Lang* ſub ictu Π ſubiectu αL ſub iactu $Q\delta P$ ſub iactum *uulgo* · 12 balliſtariiſ (ball. Π) $G\Pi V$ balliſtarii α' baliſtariiſ D balliſtarum λ baliſtiſ P tranſſigantur (-fug- Q) λ, *quam lectionem uulgata, mutato quod praecedit* et *in* ut, *retinuit* 14 aduerſuſ Π 15 rettulimuſ A' retulimuſ $\mu\Pi P$ retulerimuſ δ

Cap. XXV. 18 ſperandum α quid ſperandum λ minime deſperandum π eiuſmodi] huiuſmodi λ

S. L. 2 deſtinatiſ A_1 deſtinatoſ GM 3 ipſiſ] ipiſ M 4 tutiuſ] totiuſ $\alpha'(V)$ 5 inrupiſſent] inrupiſſet A' ſpacium MG 11 hordinari Π 14 ſint] ſ̃ A_1 15 poſtolauerit M 16 tam] tam̃ (˜ *er.*) A

cessitate ducis constantia totam sibi possit uindicare uictoriam. Innumerabilibus hoc accidit bellis, et pro superioribus sunt habiti qui minime desperarunt. Nam in simili condicione fortior creditur quem aduersa non frangunt. Prior ergo de caesis hostibus spolia capiat, quod ipsi dicunt, 5 colligat campum, prior clamore ac bucinis exultare uideatur. Hac fiducia ita perterrebit inimicos, ita suis fiduciam geminabit, quasi uictor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu omnis in acie fundatur exercitus, perniciosa clades; tamen reparationis multis fortuna non defuit, et 10 medicina quaerenda est. Dux ergo prouidus sub ea cautela publico debet Marte confligere, ut, si quid pro uarietate bellorum uel condicionis humanae secus acciderit, absque graui detrimento liberet uictos. Nam si uicini colles fuerint, si post terga munitio, si ceteris abscedentibus fortissimi 15 quique restiterint, se suosque seruabunt. Frequenter iam fusa acies dispersos ac passim sequentes reparatis uiribus interemit. Numquam exultantibus maius solet euenire discrimen, quam cum ex subito ferocia in formidinem com-

V. L. 1 ducif confentiat et tam α' duci confentiat et tam *G* ducif confentiat providentia et tamen λ 2 pro fuperioribuf] fuperioref δ*P* 5 et quod *uulgo* 6 ac] et ΠP_1 clamare ac bucinaf exaltare δ 7 [ita] δ*P* perterreuit α' perterruit *G* [ita fuif] α et λ et fuif *uulgo* 8 geminabit] g. fuif λ 9 fundantur Π perniciofae (pernec- *P* pernit- *D*) cladif tamen δ*P* 10 reparationibuf λ et med.] haec (hec *Q*) m. λ hac m. *Scriu.* 12 pro uarietate *A*'π probari et ate *M* probarit et ante λ 18 interimit *GP* nam numq. *uulgo* euenire] effe *uulgo* uiri[buf — exultanti]buf δ 18 maiuf] magif δ 19 ex fubito f. i. f. commutatur *Lang* fubito fer. i. f. commutatur *uulgo* ex fubita f. i. f. commutantur π' exubeta f. i. f. c. α' exhibita f. i. f. commutantur *G* exfuperata f. in formidinem (in fortitudinem λ) commutantur λ*P* *Oudend.*

S. L. Cap. XXV. 2 accedit α' belluf *A* 3 difperarunt ε conditione ε 6 collegat α' bucinef Π uideantur Π 7 hac] ac *A*' 8 geminauit α uictor] dicto Π 9 aliquo] alico A_1 13 conditionif ε 14 decrimento *A* 15 poft erga α pof terga Π monitio M_1 abfcidentibuf A_1 16 reftituerint Π 17 fequentif α' 18 interhemit Π 19 exubita Π

mutatur. Sed quocumque euentu colligendi sunt superstites, bello erigendi adhortationibus congruis et armorum instauratione refouendi. Tunc noui dilectus, noua quaeruntur auxilia et, quod amplius prodest, captatis occasionibus in ipsos uictores per occultas insidias impetus faciendus ac sic audacia reparanda. Nec oportunitas defit, cum pro felicitate superbius et incautius mentes efferantur humanae. Si quis hunc casum ultimum putat, cogitet euentus omnium proeliorum inter initia contra illos magis fuisse, quibus uictoria debebatur.

Regulae bellorum generales.

[XXVI. REGULAE BELLORUM GENERALES.

In omnibus proeliis expeditionis condicio talis est, ut quod tibi prodest aduersarium noceat, quod illum adiuuat tibi semper officiat. Numquam ergo ad illius arbitrium aliquid facere aut dissimulare debemus, sed id solum agere, quod nobis utile iudicamus. Contra te enim esse incipis, si imiteris quod fecit ille pro se, et rursum quicquid pro tua parte temptaueris contra illum erit, si uoluerit imitari.

V. L. 1 quocumque euentu *Gπ* quocumque euentu ſ *M* quocumque euentuſ ſunt *A* quicumque euentuſ ſunt *λ* quicumque euentuſ fuerit *uulgo* 2 congruiſ et] c. ſed (*in A* ſed) *ε* 3 dilectuſ *uulgo* delectuſ *δP* dilecti *Π* dilectū (˜ *er. et* ſ *a 2 add.*) *A* dilectum (di- *in* de- *corr. G*) *μG* querunt *Π* 4 captatiſ] occupatiſ *ε* 7 cum] dum *Π* felic.] fidelitate *δ* ſuperbiuſ *ΠPQ* ſupuiſ *A* ſuperbiſ *MG* ſupbi$^{uſ\,2}$ *L* ſuperboſ *δ*

Cap. XXVI. 12 In omn. pr. expeditioniſ c. t. e. *π'* I. o. p. expeditionib; c. t. e. *P* I. o. p. et expeditionibuſ c. t. e. *Schweb.* [I. o. p. e. c. t. e.] *ε* 13 aduerſario *δP* [ad]iuuat *δP* 15 aut] uel *π* 17 incipiſ *corr. ex* incipit *Π* incipit *εδP*

Mirus est consensus huius primae regularum generalium particulae cum initio breuis excerpti, quod codex ille celeberrimus scriptorum militarium Graecorum Laurentianus X. saeculi folio 131 continet et cui inscriptio est Τὰ εἰς ὕστερον ἐμβληθέντα

S. L. 5 impetoſ faciendoſ *α'* 6 ſic] ſi *Aμ* audacia] audatiam *Aμ* reparanda] reparandam *μ* 7 efferantur] offerantur *μ* 8 euentoſ A_1 9 praeliorum *Π*

Cap. XXVI. 13 adiubat A_1

In bello qui plus in agrariis uigilauerit, plus in exercendo milite laborauerit, minus periculum sustinebit.

Numquam miles in acie producendus est, cuius antea experimenta non ceperis.

Aut inopia aut superuentibus aut terrore melius est 5 hostem domare quam proelio, in quo amplius solet fortuna potestatis habere quam uirtus.

Nulla consilia meliora sunt nisi illa, quae ignorauerit aduersarius, antequam facias.

Occasio in bello amplius solet iuuare quam uirtus. 10

In sollicitandis suscipiendisque hostibus, si cum fide ueniant, magna fiducia est, quia aduersarium amplius frangunt transfugae quam perempti.

Melius est post aciem plura seruare praesidia quam latius militem spargere. 15

V. L. *ἀπὸ ἄλλων βιβλίων γνωμικά'. Incipit autem ab his uerbis 'Τοιαύτη τίς ἐστιν ἐν τοῖς τῶν πολέμων καιροῖς ἡ τοῦ συμφέροντος εὕρεσις. Τὸ σοὶ συμφέρον τοῖς πολεμίοις ἐστὶν ἀσύμφορον· καὶ ὃ παρ' ἐκείνοις ὠφέλιμον, τοῦτο τοῖς σοῖς ἐναντιοῦσθαι φιλεῖ· οὐδὲν τοίνυν κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην ἢ ποιεῖν ἢ παραιτεῖσθαι συμφέρει ἡμῖν, τοῦτο δὲ μόνον πράττειν, ὅπερ τοῖς ἡμετέροις χρήσιμον εἶναι νομίζομεν· εἰ γὰρ, ἅπερ ἐκεῖνος ὑπὲρ ἑαυτοῦ πράττει, ταῦτα σὺ μιμήσῃ, σαυτὸν ἀδικεῖς, ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν[·] εἴ τι σὺ πράττεις συμφέρον σαυτῷ, τοῦτο βλάψει τὸν πολέμιον τὰ σὰ μιμεῖσθαι βουλόμενον. Quae secuntur a nostris regulis prorsus discrepant.* 1 [In bello — ſuſtinebit] *λ rubris litteris haec sunt exarata pro titulo noui* (XXVIIII.) *capitis in α* 2 mileſ *R. M.* 3 in aciem *δP* 5 aut inopia] poteſ inopia *λ* aut inopia (potes *correxit manus satis antiqua*) *P* ſuperuent.] ſ. aut inopia *P* meliuſ [eſt] *ε* 6 domare (domare *G*) *εΠ* fame domari *P* (poſt *corr.* in fame domari) fame edomari *δ*

ſolet] poteſt *Π* 8 [nulla — uirtuſ] A_1 *sed a manu satis antiqua (1?) in margine addita sunt* niſi] quam *λ* ignorauit *Π* 9 faciat et occaſio *δ* 10 [Occaſio — uirtuſ] *L* 13 tr. fr. *uulgo* perempti] peremptio *Π* 15 ſpargere *π* expargere *α* expergere *λ*

S. L. 3 antea] ante ea A_1 4 ceperiſ] coeperiſ A_1 5 terrore meliuſ] terrorem meliuſ *A'* 12 fidutia *A* 15 laciuſ *M*

Difficile uincitur qui uere potest de suis et de aduersarii copiis iudicare.

Amplius iuuat uirtus quam multitudo.

Amplius prodest locus saepe quam uirtus.

5 Paucos uiros fortes natura procreat, bona institutione plures reddit industria.

Exercitus labore proficit, otio consenescit.

Numquam ad certamen publicum produxeris militem, nisi cum eum uideris sperare uictoriam.

10 Subita conterrent hostes, usitata uiliscunt.

Qui dispersis suis inconsulte sequitur, quam ipse acceperat, aduersario uult dare uictoriam.

Qui frumentum necessariaque non praeparat, uincitur sine ferro.

15 Qui multitudine et uirtute praecedit, quadrata dimicet fronte, qui primus est modus.

Qui inparem se iudicat, dextro cornu suo sinistrum cornu pellat inimici, qui secundus est modus.

Qui sinistram alam fortissimam habere se nouit, dex-
20 tram alam hostis inuadat, qui est tertius modus.

Qui habet exercitatissimos milites, in utroque cornu pariter proelium debet incipere, qui quartus est modus.

V. L. 1 [uere] λ aduerſariiſ Π 2 iudicare ΠPD indicare λ uindicare α umdicare V 4 pr. ſepe locuſ Π ſ. l. pr. *uulgo* 5 inſtitutione pl. reddit induſtria e. ε inſtitutio pl. reddit induſtrioſ e. Π inſtitutio pl. reddit [ind.] e. δ inſtitutio pl. reddit. Induſtria e. P 9 niſi cum eum εΠVP niſi cum D niſi eum *Schwebel.* ſperare] ſpectare Π 10 uileſcunt πλ 11 diſperſoſ ſuoſ $λP_2$ 12 aduerſariiſ *(sed* iſ *i. l. er.)* Π 13 frumentum neceſſariaque (-quae α') αΠ frumenta neceſſaria λ frumentum neceſſariumque commeatum δP 14 ferro] ferro et eſt primuſ (primoſ Q_1) moduſ λ 16 primuſ] ſecunduſ $λP_2$ 17 [Qui inparem — ſecunduſ eſt moduſ] $εP_2$ 19 alam [fortiſſimam h. ſ. nouit d. alam] hoſtiſ inu. P_1 nouerit *uulgo* 22 par[iter] δ eſt quart. *uulgo*

S. L. 3 iubat $A_1Π$ 8 publicum] puplicam Π 10 huſitata M 13 praeparat] -ant Aμ 15 praecedit] -et A_1 17 imparem Π 19 ſiniſtram malam A fortiſſimam] fortiſſima A_1 dextram malam A dextrã malam G

Qui leuem armaturam optimam regit, utramque alam hostis inuadat ferentariis ante aciem constitutis, qui quintus est modus.

Qui nec numero militum nec uirtute confidit, si depugnaturus est, de dextra sua sinistram alam hostium pulset reliquis suis porrectis in similitudinem ueri, qui sextus est modus. 5

Qui pauciores infirmioresque habere se nouit, septimo modo ex uno latere aut montem aut ciuitatem aut mare aut fluuium aut aliquod debet habere subsidium. 10

Qui confidit equitatu, aptiora loca quaerat equitibus et rem magis per equites gerat.

Qui confidit pedestribus copiis, aptiora loca peditibus quaerat et rem magis per pedites gerat.

Cum explorator hostium latenter oberrat in castris, omnes ad tentoria sua per diem redire iubeantur, et statim deprehenditur explorator. 15

Cum consilium tuum cognoueris aduersariis proditum, dispositionem mutare te conuenit.

Quid fieri debeat, tractato cum multis, quid uero 20.

V. L. 1 optimam] optime *P* regit] gerit *λ* 2 ferentarii *λ* conſtitutiſ] conſtituti ſint (ſunt *Q*) *λ* 2 e. q. *uulgo* 5 dextera *V* 6 ueri (muri *D*) *O* ueru Q_2 *uulgo* 8 pauciorefque infirmiorefque *Π* 10 aut aliquod *δP* aut aliquid *Π* [a.] aliquod *αQ* ꝗ aliquod *L* [ſubſidium] *δ* 11 equitatu *Gδ* aequitatũ (˜ *er.*) *A* equitatum *MQ* equitatui (i *in P postea adsutum uidetur*) *ΠP* ꝑ equitatũ *L* aptiora [loca quaerat — pedeſtr. copiiſ aptiora] *Π* 12 rem magiſ per [equiteſ gerat — peditibuſ quaer. et rem magiſ per] *ε* equiteſ] pediteſ *P* 13 confidet *M* 16 ad tentoria ſua] ad centuriaſ ſuaſ *Π* iubeantur (-atur *D*) *π* iubebantur *α* iubentur *λ* [et] *λ* 20 tractato *α* tracta *π* tractatur *Q* tractetur *L*

S. L. 1 leuem armaturam] leue armatura *Π* 3 moduſ] modiſ *A* 5 ſiniſtram malam *A* ſiniſtrã malam *G* hoſtium] hoſtiam A_1 8 pautioreſ *A* 11 confidit] confidet *M* quaerat] querit A_1 equitibuſ] aequi═══tibuſ *A* 15 explorator] exploratoſ *α'* 16 omneſ] om̃ *M* 18 aduerſariiſ] aduerſariſ *M* 19 diſpoſitionem] diſpoſitiorem *Π*

facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis uel potius ipse tecum.

Milites timor et poena in sedibus corrigit, in expeditione spes ac praemia faciunt meliores.

5 Boni duces publico certamine numquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.

Magna dispositio est hostem fame magis urguere quam ferro.

Quo genere depugnaturus sis, nesciant hostes, ne ali-
10 quibus remediis obsistere moliantur.]

De equitatu sunt multa praecepta; sed cum haec pars militiae usu exercitii, armorum genere, equorum nobilitate profecerit, ex libris nihil arbitror colligendum, cum praesens doctrina sufficiat.

15 Digesta sunt, imperator inuicte, quae nobilissimi auctores diuersis probata temporibus per experimentorum fidem memoriae prodiderunt, ut ad peritiam sagittandi, quam in serenitate tua Persa miratur, ad equitandi scientiam uel decorem, quae Hunnorum Alanorumque natio uelit
20 imitari, si possit, ad currendi uelocitatem, quam Saracenus

---

V. L. 1 ſiſ] eſ$^{t\,2}$ *Π* ac] uel *δP* fidiſſimiſ *π* 3 p. et t. *uulgo* corrigunt *uulgo* expeditionibuſ *P* 4 ac praem.] ad p̄lia (prelia *Q*) *λ* 7 magiſ fame *Π* urgere *π* 11 *Commata* De equitatu — ſufficiat *et* Quo — moliantur *suadente uno cod. Π transposui. Quod omnes has regulas a Vegetio abiudicaui, nemo, spero, dissentiet* 12 exercitii *δP* exercitui *ε* exercitio *Π* 16 probato temporibuſ exercitio per *λ* [probata] *δ* 17 sag. per. *uulgo* 19 quea (que *Π*) *π* q; *α'* quam *G* [q.] *λP*$_1$ hunnorum *Π* hunorum (hunorem *L*) *λδP* unorum *α'* unorum *G* halanorum *δ* uellet *δP* 20 ſi] ñ *A*$_2$ *i. l. er.* poſſet *δP* ſaracenuſ *ΠVP* ſarracenuſ (-oſ *L*) *εD*

S. L. 3 poena] pena *MΠ* ſedibuſ] ſediebuſ *M (Par. 6503)* corriget *AμΠ* 5 hoccaſione *A* 9 quo] quod *Π* 12 uſu] uſum *ε* 13 profecerit] proficerit *Aμ* profecerint *Π* praeſenſ] p̄henſuſ (prehenſuſ *G*) *A*$_1$ 15 digeſta] degeſta *A'* nouiliſſimi *A* 17 peritiam] peritia *α'* 19 decorem] dequorem *A*$_1$ 20 currendi] curendi *A*$_1$

Indusque non aequat, ad armaturae exercitationem, cuius campidoctores uel pro parte exempla intellexisse gaudent, regula proeliandi, immo uincendi artificium iungeretur, quatenus uirtute pariter ac dispositione mirabilis reipublicae tuae et imperatoris officium exhiberes et militis. 5

V. L. 1 exercitationem] exercitium λ 3 regula] nunc Regula *L* Nunc regula *Q* iungeretur] α iungitur λ iniungeretur *(sed alterum* i *a 2 insertum)* *Π* ingeratur δ*P* 4 quatinuſ δ*P* 5 exhibereſ *Π* exhibebiſ ε*P* exhibueriſ δ militum *Π*

Flauii Vegati (Vegeti *G*) Renati Viri (Virili *A*) Inluſtriſ Liber III Expt. Incipit Liber Quartuſ Inciṗ (Incipiunt *G*) Capitula *A*' Flauii Vegati (Vegeti λ*M*₂) Renati Viri Int. (Int̊. *Q*) Lib̃. III Explicit (Expt. *L* Exptc. *Q*) Inciṗ (Incipit *L*) Lib̃. IIII Incipiunt (Incipit *L*) Capitula (Capt. *L*) Libri Quarti (III *Q*) μ Expt. Lib̃. III (tertiuſ *V*) Inciṗ. (Incipit *V*) Lib̃. IIII (quartuſ *V*) Flauii Vegetii Renati V̊. (Vire *V*) Ill. (Illuſtriſ *V*) Epitoma (epytoma *V*) Inſtitutorum Rei Militariſ Ad Theodoſium Imperatorem ([A. Th. I.] *D*) Feliciter δ Explicit Liber Tertiuſ. Incipit Liber Quartuſ. Item Capitula Libri Quarti *Π* *subscriptione caret P.*

S. L. 3 regula] -ã *A* 4 uirtute] uirtutem ε diſpoſitione] diſpoſitionem *A*' (*L*) 5 offitium *A*

facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis uel potius ipse tecum.

Milites timor et poena in sedibus corrigit, in expeditione spes ac praemia faciunt meliores.

5 Boni duces publico certamine numquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.

Magna dispositio est hostem fame magis urguere quam ferro.

Quo genere depugnaturus sis, nesciant hostes, ne ali-
10 quibus remediis obsistere moliantur.]

De equitatu sunt multa praecepta; sed cum haec pars militiae usu exercitii, armorum genere, equorum nobilitate profecerit, ex libris nihil arbitror colligendum, cum praesens doctrina sufficiat.

15 Digesta sunt, imperator inuicte, quae nobilissimi auctores diuersis probata temporibus per experimentorum fidem memoriae prodiderunt, ut ad peritiam sagittandi quam in serenitate tua Persa miratur, ad equitandi scientiam uel decorem, quae Hunnorum Alanorumque natio uelit
20 imitari, si possit, ad currendi uelocitatem, quam Saracenus

---

V. L. 1 ſiſ] eſ^{t2} *Π* ac] uel *δP* fidiſſimiſ *π* 3 p. et t. *uulgo* corrigunt *uulgo* expeditionibuſ *P* 4 ac praem.] ad pli (prelia *Q*) *λ* 7 magiſ fame *Π* urgere *π* 11 *Commat* De equitatu — ſufficiat *et* Quo — moliantur *suadente uno cod. l transposui. Quod omnes has regulas a Vegetio abiudicaui, nem spero, dissentiet* 12 exercitii *δP* exercitui *ε* exercitio *Π* 16 pro bato temporibuſ exercitio per *λ* [probata] *δ* 17 sag. per. *uulg* 19 quea (que *Π*) *π* q; *α'* quam *G* [q.] *λP*$_1$ hunnorum *l* hunorum (hunorem *L*) *λδP* unorum *α'* unorum *G* hal norum *δ* uellet *δP* 20 ſi] ñ *A*$_2$ *i. l. er.* poſſet *δP* ſaracenuſ *ΠVP* ſarracenuſ (-oſ *L*) *εD*

S. L. 3 poena] pena *MΠ* ſediſbuſ] ſediebuſ *M (Par. 650* corriget *AμΠ* 5 hoccaſione *A* 9 quo] quod *Π* uſum *ε* 13 profecerit] proficerit *Aμ* profecerint *Π* phenſuſ (prehenſuſ *G*) *A*$_1$ 15 d[illegible] degeſta *A'* 17 peritiam] peritia *α'* [illegible] corem] 20 currendi] curendi *A*$_1$

Indusque non aequat, ad armaturae exercitationem, cuius campidoctores uel pro parte exempla intellexisse gaudent, regula proeliandi, immo uincendi artificium iungeretur, quatenus uirtute pariter ac dispositione mirabilis reipublicae tuae et imperatoris officium exhiberes et militis. 5

V. L. 1 exercitationem] exercitium *λ* 3 regula] nunc Regula *L* Nunc regula *Q* iungeretur] *α* iungitur *λ* iniungeretur *(sed alterum* i *a 2 insertum)* *Π* ingeratur *δP* 4 quatinuſ *δP* 5 exhibereſ *Π* exhibebiſ *εP* exhibueriſ *δ* militum *Π*

Flauii Vegati (Vegeti *G*) Renati Viri (Virili *A*) Inluſtriſ Liber III Expl. Incipit Liber Quartuſ Inciṗ (Incipiunt *G*) Capitula *A'* Flauii Vegati (Vegeti *λM₂*) Renati Viri Inl. (Inl̃. *Q*) Lib̃. III Explicit (Expl. *L* Expl̃c. *Q*) Inciṗ (Incipit *L*) Lib̃. IIII Incipiunt (Incipit *L*) Capitula (Capl. *L*) Libri Quarti (III *Q*) *μ* Expl. Lib̃. III (tertiuſ *V*) Inciṗ. (Incipit *V*) Lib̃. IIII (quartuſ *V*) Flauii Vegetii Renati V̄. (Vire *V*) Ill. (Illuſtriſ *V*) Epitoma Epytoma *V*) Inſtitutorum Rei Militariſ Ad Theodoſium Imperatorem ([A. Th. I.] *D*) Feliciter *δ* Explicit Liber Tertiuſ. Incipit Liber Quartuſ. Item Capitula Libri Quarti *Π sub-scriptione caret P.*

S. L. 3 regula] -ã *A* 4 uirtute] uirtutem *ε* diſpoſitione] diſpoſitionem *A'* (*L*) 5 offitium *A*

XLI. De prognosticis.
XLII. De aestuariis, hoc est de *rh*eumate.
XLIII. De locorum notitia siue remigibus.
XLIIII. De telis tormentisque *nau*alibus.
5 XLV. Quemadmodum nauali bello collocentur insidiae.
XLVI. Quid fiat, cum aperto Marte bellum nauale committitur.]

Agrestem incultamque hominum in initio saeculi uitam a communione mutorum animalium uel ferarum urbium 10 constitutio prima discreuit. In his nomen reipublicae repperit communis utilitas. Ideo potentissimae nationes ac principes consecrati nullam maiorem gloriam putauerunt quam aut fundare nouas ciuitates aut ab aliis conditas in nomen suum sub quadam amplificatione transferre. In quo 15 opere clementia serenitatis tuae obtinet palmam. Ab illis enim uel paucae uel singulae, a pietate tua innumerabiles urbes ita iugi labore perfectae sunt, ut non tam humana manu conditae quam diuino nutu uideantur natae. Cunctos imperatores felicitate moderatione castimonia, exemplis in-

---

1 pronoſticiſ *A'* 2 reumate *O* 3 notitiam *Π* ſiue de rem. *P* 4 teliſ] piliſ *Π* armiſ teliſ *uulgo* naualibuſ *uulgo* muralibuſ *O* 6 nabali belli *A* [XLVI.] Et quid fiat, c. a. M. b. n. c. Armorum denique inibi neceſſariorum enumeratiſ. Quid aſſereſ falceſ & bipenneſ *capit. XLV rubricae adnectentes Scriu. Schweb.* fiat] faciat *ΠP* *Sequenti prologo praemittunt* expliciunt Capitula Incipit Liber IIII *λ* Incipit prefatio *Π* V. L. Prol. 8 [in] initio *δP* 9 mutorum *εΠ* mortuorum *δP* brutorum *uulgo* 10 peperit *π'* 15 illiſ] aliiſ *δP* 18 natae *Lang* hanate *α'* enatae *ΠV Schw.* renatae *P* pacte *G* ornatę *λ* [n.] *D* paratae *uulgo ante Schw.* cunctoſ] cunctoſ itaque *λ* 19 imperator *δ* caſtimoniae *δP* exempliſ indulgentiae *scripsi ex* exempli indulgentiae *α'* exemplo indulgentiae *Gλ exc. Cusanum* exempliſ indulgentia *π* indulgentiae exemplo *uulgo*

S. L. 8 incultam] incultum *M* ſeculi *A* 9 communione] communitione *A'* 10 diſcreuit] deſcribit *α* 11 ac] a *α'* 12 conſecrati] conſecrant in *Π* 15 optinet *A'* 19 felicitate moderatione] felicitatem moderationem *α'*

dulgentiae, studiorum amore praecedis. Regni animique tui bona cernimus et tenemus quae anticipare et superior optauit aetas et extendi in perpetuum uentura desiderat. Quibus rebus tantum uniuerso orbi praestitum gratulamur, quantum uel humana mens petere uel gratia potuit diuina conferre. Sed dispositionibus uestrae clementiae quantum profecerit murorum elaborata constructio, Roma documentum est, quae salutem ciuium Capitolinae arcis defensione seruauit, ut gloriosius postea totius orbis possideret imperium. Ad complementum igitur operis maiestatis uestrae praeceptione suscepti rationes, quibus uel nostrae ciuitates defendendae sint uel hostium subruendae, ex diuersis auctoribus in ordinem digeram, nec laboris pigebit, cum omnibus profutura condantur.

Ciuitates aut natura aut opere debere muniri.

I. Urbes atque castella aut natura muniuntur aut manu aut utroque, quod firmius ducitur; natura aut locorum edito uel abrupto aut circumfuso mari siue palu-

V. L. 2 et tenemuſ quae] *π* etenim uſq; *α* haec enim *λ exc. Cusan.* [et] *λ exc. Cusan.* 3 in perpetuo *ε* 4 praeſtitum] conceſſum preſtitum *λ exc. Cusan.* gratulamur] gr. donum *λ exc. Cusan.* gr. honorẽ P_2 *(in margine)* gr. bonum *uulgo* 6 diſpoſitioniſ ueſtrae [cl.] *δ* 7 profecerit *ΠG* proficerit *Aμ* profuerit *δP* murorum] mutorũ *Π* elaborata *GλδP* elabora *α'* elabora[t 2 antiq.] *Π* documentu *M* documento *Π* 8 capitolina arx *Π* 9 [ut] *Π* 10 igitur] ergo *uulgo* poſſiderit *AμP* poſſederit *G* 13 in ordine *αδP* dirigam *V* dirigam[9] *D* Incipiunt capitula libri quarti ([l. q.] *D*) *δ*, *in quibus capitulatio et prologus transposita sunt. Post capitula enumerata V addit* Expliciunt Capitula Incipit Liber Quartuſ Feliciter.

Cap. I. 17 locorum edito (aedeto *corr. a 2 in* -ito *L* aedito *Q*) uel abrupto *εΠ* l. editu uel abructu *V* l. editu aut abruptu *D* l. editu uel abrupta (-o P_2) *P* loco edito uel abrupto *uulgo* circumfuſo *Π*

S. L. 4 tantum] tanto *α'* 5 humana menſ] humanam menſ *A'* 8 capituline *ε* archiſ *ε* 9 ſeruauit] ſeruabit *α'* orbiſ] urbiſ *A* 11 rationeſ] narrationeſ *Π*

Cap. I. 15 muniuntur] minuuntur *M* 17 padulibuſ *M*

dibus uel fluminibus; manu fossis ac muro. In illo naturali beneficio tutissimo eligentis consilium, in plano quaeritur fundantis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in campis patentibus constitutas, ut deficiente auxilio locorum arte tamen et opere redderentur inuictae.

Non directos, sed angulosos muros faciendos.

II. Ambitum muri directum ueteres ducere noluerunt, ne ad ictus arietum esset expositus, sed sinuosis anfractibus, iactis fundamentis, clausere urbes, crebrioresque turres in ipsis angulis reddiderunt propterea, quia, si quis ad murum tali ordinatione constructum uel scalas uel machinas uoluerit admouere, non solum a fronte sed etiam a lateribus et prope a tergo uelut in sinu circumclusus obprimitur.

Quemadmodum muris e terra iungatur adgestus.

III. Murus autem ut numquam possit elidi, hac ratione perficitur. Interuallo uicenum pedum interposito duo intrinsecus parietes fabricantur. Deinde terra, quae de fossis fuerit egesta, inter illos mittitur uectibusque densatur, [ita ut a muro primus paries pro rata inferior, secundus longe minor ducatur, ut de plano ciuitatis ad similitudinem graduum quasi cliuo molli usque ad propugnacula possit ascendi,] quia nec murus ullis potest arietibus rumpi, quem terra confirmat, et quo-

---

V. L. 1 muro. In illo *π'* muroſ. In illo *α'* muriſ. In illo *G* muro ſine illa *corr. in* muro ſine illo L_1 muro. ſi nullo QL_2 muro. ſine ullo *P* 2 tutiſſimo *O* tutiſſima *Scriuer.* tutiſſimum *uulgo* conſiliũ *corr. in* conſilio *P* 3 fundatiſ(-taſ L_1) *ΛιP*

Cap. II. 6 ducere] duci *P* 7 eſſet expoſituſ *π* eſſediſpoſituſ *A* eſſe diſpoſitoſ *G* eſſet diſpoſituſ *M* eſſet diſpoſitũ *λ* 8 anfr.] ac fractibuſ MQ_1 9 reddiderunt *εΠVP* tradiderunt *D* ediderunt *uulgo* 12 ueluti *ε* in ſinũ *P* circumclauſuſ *δ*

Cap. III. 14 elidi] deleri *δ*. Interuallo uicenum pedum *V* Interuallo bicenum pedum *Π* I. uicenorum p. *D* Interuallo uicenum plenum pedum *α'P* interuallum uicinum pedum *μ* 15 interpoſitum *λ* 16 deinde] ſed inde *δ* [de] *δ* 17 [ita ut — asc.] *Gemoll* 18 pro rata *αδP* prolatuſ *Π* pro arte *λP* 19 cliuo molliuſque *εΠ* 21 ulluſ *D* ulluſ *M* illiſ *ΠP*

S. L. Cap. II. 8 crebrioreſ] creuioreſ *α'* 11 admouere] admonere *α'* 13 obp̃mitur A_1 obprimitur (*corr. ex* opp.) *G* opprimitur *μΠ* Cap. III. 14 hac] ac A_1 17 mittitur] mittetur *ε* 19 cliuo] clibo *Aμ* 21 poteſt] poſt *A*

uis casu destructis lapidibus ea, quae inter parietes densata fuerat, ad muri uicem ingruentibus moles obsistit. IIII. Cauetur praeterea, ne portae subiectis ignibus exurantur. Propter quod sunt coriis ac ferro tegendae; sed amplius prodest, quod inuenit antiquitas, ut ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur cataracta, quae anulis ferreis ac funibus pendet, ut, si hostes intrauerint, demissa eadem extinguantur inclusi. Ita tamen supra portam murus est ordinandus, ut accipiat foramina, per quae de superiore parte effusa aqua subiectum restinguat incendium. V. Fossae autem ante urbes latissimae altissimaeque faciendae sunt, ut nec facile possint coaequari replerique ab obsidentibus et, cum aquis coeperint redundare, ab aduersario cuniculum continuari minime patiantur. Nam duplici modo opus subterraneum peragi, earum altitudine et inundatione, prohibetur. VI. Formidatur, ne multitudo sagittariorum de propugnaculis exterritis defensoribus adpositisque scalis occupet murum. Aduersum quod catafractas uel scuta in ciuitatibus debent habere quam plurimi. Deinde per propugnacula duplicia saga ciliciaque tenduntur impetumque excipiunt sagittarum. Neque

De cataractis et portis, ne noceantur ab ignibus.

De fossis faciendis.

Ne sagittis hostium homines laedantur in muro.

V. L. 1 deſtructiſ π diſtructiſ μG *Par. 6503* diſtructuſ A 2 fuerit εP fuerint D Cap. IIII. 4 exurantur] noceantur *Schwebelius, qui G cod. eam scripturam praebere confirmat. Sed errauit homo doctus; contra in inscriptione capitis omnes mei in* noceantur *conspirant* ac] et *uulgo* 6 cataracta] cataracte Π catafracta λ 10 ſuperiori Π reſtinguat (reſtingat D) $\pi\lambda$ reſtringuat M retinguat A_1 retinguat G Cap. V. 11 latiſſimae altiſſimaeque $\pi' P_2$ latiſſimaeque (-que G) α latiſſimae λP_1 14 redundare $\pi' A_2$ renundare α' redundari $G\lambda P$ Cap. VI. 18 Aduerſuſ Π 19 uel] atque *uulgo* 20 [per] propugnacula εP duplicia] puplica Π ſaga ciliciaque π ſaga[ci]liciaque ε ſaga cilicina P_2 *in l. er.* 21 impetumq; $A\pi'$ impetumque G impetum quae M quae impetum λP

S. L. 2 moleſ] moliſ $A\mu$ Cap. IIII. 7 anuliſ] anulliſ $\Pi(Q)$ 8 demiſſa] dimiſſa μ 9 portam] portem A_1 Cap. V. 14 menime A_1 paciantur M 16 prohibetur] perhibetur α Cap. VI. 18 appoſitiſ Π 19 catafractaſ] catafractiſ A_1 (catafracta G)

enim facile transeunt spicula quod cedit ac fluctuat. Inuentum quoque remedium est, ut de ligno crates facerent, quas metallas uocauerunt, lapidibusque complerent, ea arte inter bina propugnacula constitutas, ut, si per scalas ascendisset hostis et partem aliquam ipsius contigisset, supra caput suum uergeret saxa.

Quibus modis prouidendum sit, ne famem patiantur obsessi.

VII. Multa defensionum obpugnationumque sunt genera, quae locis conpetentibus inseremus. Nunc sciendum est obsidendi duas esse species, unam, cum aduersarius oportunis locis praesidiis ordinatis ***** uel aqua prohibet inclusos uel deditionem sperat a fame, quando omnes prohibuerit commeatus. Hoc enim consilio ipse otiosus ac tutus fatigat inimicum. Ad quos casus possessores, quamuis leui suspitione pulsati, omnem alimoniam uictus intra muros debent studiosissime collocare, ut ipsis exuberet substantia, aduersarios inopia cogat abscedere. Non solum autem porcinum sed et omne animalium genus, quod inclusum seruari non potest, deputari oportet ad laridum,

---

V. L. 2 [quoque] *M*, *addit. a 2 in margine* 3 metallaſ *ε VP* mactalaſ *D* metellaſ *Π uulgo* matellaſ *Oudendorpius et R. M.* 4 conſtitutaſ *δP*$_2$ conſtituaſ *εP* conſtituta *Π* per] ſuper *ε* (p *Q*$_1$) 6 uergeret *αQΠP* uergerent *L*$_1$ *uulgo* ucteret *(sic!) V* uerteret *D*

Cap. VII. 9 ſpecieſ eſſe *π'* una *π'* 10 continuiſ inſultibuſ impugnat obſeſſoſ, alteram cum *supplet lacunam Parisinus 7232 (XIV saec.); quod supplementum uulgata adripuit* 11 [incluſoſ uel d. — hoc e. c. ipſe otioſuſ] *Π* inclauſoſ *δ* deditionem ſperat a *corr. ex* deditionem ſperata *G* deditione ſperata *α'* deditionem ſperata *λδ* dedicatione ſperata *P* 14 leui ſuſpitione pulſati omnem *π'* leuiſ ſuſpitionem pulſationẽ *α'* leuiſ ſuſpitioniſ pulſationem *G* leuiſ ſuſpitio ſit pulſationiſ *λ* leuiſ ſuſpitione (one *a 2 in l. er.*) pulſatione (-one *a 2 i. l. er.*) *P* 15 exſuperet *Π* 16 ſubſtantiam *Π* 17 ſed [et] *π'* 18 poteſt] poterit *δ* laridũ *εΠP* laritũ *V* lardũ *D*

S. L. Cap. VII. 7 obpugnationum *supra lineam intrusum M* oppugnationum *Π* 8 compet. *Π* inſeremuſ] *syllaba* muſ *in loco eraso M* 12 prohibuerit] prohibuerint *α* commeatoſ *α'* ocioſuſ *μ* 13 fatigat] faſtigat *A* 16 abſcedere] abſcidere *A*$_1$ 17 porcinum] portinum *A*$_1$ 18 ſeruari] ſeruare *A*$_1$

ut adminiculo carnis frumenta sufficiant. Aues autem cohortales et sine inpensa in ciuitatibus nutriuntur et propter aegrotantes sunt necessariae. Pabula equis praecipue congerenda et quae adportari nequiuerint exurenda, uini aceti ceterarumque frugum uel pomorum congerendae sunt copiae nihilque, quod usui proficiat, hostibus relinquendum. Nam, ut hortorum cura in uirdiariis domorum uel areis exerceatur, utilitatis ac uoluptatis ratio persuadet. Parum autem proficit plurimum collegisse, nisi ab exordio dimensione salubri per idoneos erogatio temperetur: numquam periclitati sunt fame qui frugalitatem inter copias seruare coeperunt. Inbellis quoque aetas ac sexus propter necessitatem uictus portis frequenter exclusa est, ne penuria obprimeret armatos, a quibus moenia seruabantur. VIII. Bitumen sulphur picem liquidam oleum, quod incendiarium uocant, ad exurendas hostium machinas conuenit praeparari; ad arma facienda ferrum utriusque temperaturae et carbones seruantur in conditis; ligna quoque hastilibus sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluuiis, quia pro soliditate grauiora sunt et aptiora mittentibus, diligentissime colliguntur; ex quibus muri replentur et turres; minima ad fundas siue fustibalos uel manibus iacienda; maiora per onagros diriguntur, maxima uero pondere formaque

Quae species praeparandae sint pro defensione murorum.

V. L. 3 pabulae quiſ α' pabula quiſ *G* pabulaque ſunt λ*P*$_1$ p. equiſ ſunt *P*$_2$ 4 [ac.] δ 6 uſui ε*P* [u.] *Π* de ſuiſ *V* ſuiſ *D* [Nam — persuadet] *suspicor* 7 uirdiariiſ α uiridariiſ *Π* uiridiariiſ δ*P* *(in hoc una cum* hortorum cura *in loco eraso)* uirdiriariiſ λ 8 ac] aut δ*P* et *uulgo* [ac uoluptatiſ] *R. M.* uoluntatiſ *D* 10 per idoneoſ] p. i. procuratoreſ *uulgo* 11 copiaſ [ſeruare] δ copia ſ. α' copiam ſ. λ *Par. 6503* coeperant α 13 portiſ π fortiſ *A*μ fortiſ *G* Cap. VIII. 16 praeparare λ 21 replebuntur *Π* 22 ad fundaſ ſiue fuſtibaloſ π'λ ad funda ſiue fuſtibaloſ α' funda ſiue fuſtibaliſ *G* fundiiſ ſiue fuſtibaliſ *P* 23 diriguntur [maxima — digeruntur] ε*ΠV*

S. L. 1 adminiculo] aminiculo *Π* 2 impenſa *Π* 3 congerenda] conierenda *Π* 4 apportari *Π* 10 pereclitati (-tate *G*$_1$) α 12 ſextuſ *Π* 13 opprimeret μ*Π* Cap. VIII. 14 Bitumen *Π* 15 ſulphor *A*$_1$ ſulfur *Π* incendiarium] incendiarum α 19 neceſſaria] neceſſariae α

uolubili in propugnaculis digeruntur, ut demissa per praeceps non solum hostes obruant subeuntes sed etiam machinamenta confringant. Rotae quoque de lignis uiridibus ingentissimae fabricantur, uel intercisi ex ualidissimis arbo-
5 ribus cylindri, quas taleas uocant, ut sint uolubiles, laeuigantur, quae per pronum labentia subito impetu bellatores solent [equos quoque] deterrere. Trabes quoque et tabulata uel diuersae magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu. Nam obpugnantium machinis per alias machinas
10 consueuit obsisti, praecipue cum subitis operibus addenda sit muris uel propugnaculis altitudo, ne aduersariorum mobiles turres superemineant et capiant ciuitatem. VIIII. Neruorum quoque copiam summo studio expedit colligi, quia onagri uel ballistae ceteraque tormenta nisi funibus
15 neruinis intenta nihil prosunt. Equorum tamen saetae de caudis ac iubis ad ballistas utiles adseruntur. Indubitatum uero est crines feminarum in eiusmodi tormentis non mi-

Quid faciendum sit, si neruorum defuerit copia.

V. L. 1 digeruntur *P* diriguntur *D* demiſſa *δ* dimiſſa *εΠP* 2 [hoſteſ] *uulgo* obruantur *V* 3 conſtringant *Π* 4 [uel] *Π* interciſi *π* interciſiſ *MGQ* interteſiſ (-ceſiſ *2*) *L* interceſiſ *A* 5 cylindri *α* cilindri *δP* chilindriſ *λ* cycli *Π* taleaſ] galeaſ *δ* laeuigantur] eligantur *Π* 7 ſolent [equoſ quoque] deterrere *Lang* ſolent equoſ quoque deterere *α'* ſ. equoſ quoſque deterrere *G* ſ. eoſque deterrere *Π* ſ. quoſque deterrere (detreri *D*) *δ* ſ. equoſque deterrere *P* ſternunt equoſ q̃. *(punctum et ˜ er. a 2)* deterere (deterrent$_2$) *L* ſternunt ſolent equoſ quoque deterre (deterr^{ere} *2*) *Q* ſternunt equoſque ſolent deterrere *uulgo* tabulata] tabulaſ *π'* 8 [oportet] *Π* i. promtu *λ* 10 obſiſti] obeſſe *Π* Cap. VIIII. 13 [quoque] *δ* 15 ſetae *Gπ'* ſitę *μ* ſitae *A* ſete *ex* ſite *corr. P* 16 caudiſ ac iubiſ] c. ≡et≡ iubiſ *G* afferentur *Π* indubitanter *λ* 17 eſt *π'* et *ε* [e.] *P*

S. L. 5 leuicantur *M* 6 labentia] lauentia *α'* 7 trauef *M* 8 diuerſae magnitudiniſ] diuerſaſ magnitudineſ *Π* clauoſ] clauef *A* in ppmtu *Π* 9 oppugnantium *μ* oppugnandum *Π* Cap. VIIII. 14 honagri *A'* baliſtae *μ* balliſtae *Π* coeteraque A_1 16 ac iubiſ] adiubiſ A_1 adiuuiſ *M* balliſtaſ *Π* (baliſtaſ *G*) baliſtaſ $A_1\mu$

norem habere uirtutem Romanae necessitatis experimento. Nam in obsidione Capitolii corruptis iugi ac longa fatigatione tormentis, cum neruornm copia defecisset, matronae abscisos crines uiris suis obtulere pugnantibus, reparatisque machinis aduersariorum impetum reppulerunt. Maluerunt enim pudicissimae feminae deformato ad tempus capite libere uiuere cum maritis quam hostibus integro decore seruire. Cornua quoque uel cruda coria proficit colligi ad catafractas texendas aliaque machinamenta siue munimina.

Quid faciendum, ne aquae inopiam patiantur obsessi.

